alicuius earum ex omnibus proprietatibus. Harum necesse est nobis ut cognitionem certitudinis crisis accipiamus ex omnibus istis proprietatibus quas narrauimus. Quedam autem illarum est proprietatum natura diei in qua fit crisis. quod situ distinximus omnia que diximus secundum dispositionem suam. et permutatio eius est secundum ad diem .xv. non erit incertitudine sua a secundum similitudinem hanc neque propinqua crisis non uerificat certitudinem crisis nisi dies crisis. et hoc est quod inuenimus dierum crisis. Quod si aliquis putat quod cognitio dierum crisis sufficiat tunc illud quod ignorat plus est quam illud quod scit. et ipse cum illo appetit portam contradictionis sophysticis. Dicunt enim quod si natura diei .xiiii. certificaret et uerificaret solutionem egritudinis que fit in eo. oportet ut esset solutio egritudinis que fit in eo certa quamuis non esset in ea sudor laudabilis multus. et hoc quod est deliramentum. Si non est de consilio ut ostendam quia est sic. Si uolo ne committat manum suam ad doctrinam mediante aliquis donec doceatur in primis. et acquirat ex uirtute per doctrinam quod sit ei possibile intelligere huius deceptiones. et sophysmata huius enim sermo soluit et destruit omnem curationem medicine. et facit nocumentum ut flobotomia uene non conferat in aliqua horarum. quando si confert quia non preparamus statim flobotomato ut ingrediatur balneum. aut ei detur sine custodia et sine abstinentia. Si ceteros preparamus ei iacere super lectum suum et cibam eum cibo subtili et fiat quod nocumentum nec emplastrum conferat quando si conferret oporteret ut iuuaretur eo cibo repletus et uino. et ille qui ingreditur balneum et similiter facit nec clistere conferat nec aliquid reliquorum quibus medici sanant. quando sermo in omnibus est unus. Sed quando ideo hanc artem admirabilem magne quantitatis extra loco sodalium asclepiadis. lanificos et pelliparios. uisum est mihi ut auxilier ei. et commemorem infertur de honestatibus eam. Dico ergo quod si rem non faceret nisi causa una. aut significaret eam signum unum. tunc quando aliquis ostenderet quod illa causa non potest facere illud aut illud signum non in significatione eius sufficiat. et est nocumentum. ut cum eo sit adiutorium rei altius. tunc bene redargueret sermonem eius qui dixit quod illa res non fit nisi ab illa causa sola. aut significet ipsam illud signum solum. et quando dicimus quod res multe agantur et faciunt rem unam. tunc ille qui intendit ad unamquamque illarum rerum et iudicat super eas secundum singularitatem earum non facit aliud nisi quia delirat. Quod est quia non oportet ut intendat ad soluendum unamquamque earum per se. et manifestum est quia non est possibile ut faciat. et non significet. sed oportet ut intendat intentionem eorum simul. et si non erit sermo eius similis

sermoni eius qui dicit. quod si .x. homines pos
sunt portare pondus aliquod. et unusquisque
ex .x. non potest levare ipsum. tunc unusquisque
ex .x. non confert in complemento operis .x.
pone ergo diem crisis quomodo vis. si vis pone
ipsum causam certam solorius egritudinis. et si vis pone
ipsum signum significans ipsam. nam tu invenies
sermone eorum redargui. utroque modo simul secundum
leviorem viam. pone ergo ipsum in primis causam
sicut dixit. quod sermonia consistere et exemplum. et
unaquaque reliquarum specierum curationis est causa sa
nitatis. Sicut ergo non est ex speciebus curationis
quas diximus que possit sola absque adiu
torio reliquarum specierum sanare infirmum. si
militer dies crisis non potest esse solus causa cer
titudinis crisis. deinde pone ut dies non sit
causa certitudinis crisis. sit signum significans
ipsam. sicut signa que apparent in urina et ege
stione et sputo et in reliquis que sunt istis
similia. non est ei aliquod horum signorum et quod
sufficiat solum in significatione salutis aut per
dictionis. Cum ergo si posuerimus diem crisis
causam sanitatis. et si posuerimus ipsum signum
significans ipsam non ponemus ipsum solum fa
cere aliquid aut significare aliquid sed cum
rebus multis que aggregantur cum eo tunc sermo
eorum non habet locum. Sermone est experiencia certa die
rum crisis ut inveniamus eos significantes
certitudinem crisis sine signis que significant
crisim. sed experiencia eorum certa est sed quam dico.
et est quod situ confessus fuerit et disposuerit omnia
alia signa secundum dispositionem suam et mutaverit
diem crisis tamen minuetur de certitudine crisis
diminutio multa. et si signa alia que signific
ant crisim non sunt completa. deinde adiungit
eis dies crisis. certificatur crisis. et si dies cri
sis non haberet nisi hoc tamen quia cum eo aggregantur mul
totiens plura signa crisis. et maxima eo
rum aut omnia. esset necessarium propter hoc tamen ut dice
retur quod natura dierum crisis alia est quam natura aliorum dierum.
Cum ergo hoc adiunxeris ex scripturis super certitu
dinem crisis tunc quantum fortasse necesse
est dicere quod natura dierum crisis est alia quam
aliorum dierum illorum qui non iuvant super certitu
dinem crisis. neque aggregantur multa cum eis
ex signis crisis. michi autem videtur hoc esse ne
cessarium. Et ego quidem dimitto sophistas con
tempnentes decora huius artis. et sum rememo
rans exemplum quod posui ante ad exponendum
sermonem meum. scilicet infirmum de quo dixi quod
febris eius erat continua. sed faciebat paroxis
mum cum illo terciano. et iam quidem narravimus
quod signum crisis ostensum est in urina ei in die
.xi. deinde advenit ei crisis in die .xiiii. Po
namus ergo nunc quod crisis non advenit ei in
die .xiiii. sed transivit illum ad diem .xv.
deinde incepit in eo febris illa nocte cum rigore

et advenit ei crisis in die .xvi. necessarium sola
manifesta summa veritatis diei crisis in certi
tudine crisis. Dico ergo quod quando res fuerit ita non
accidet infirmo sudor laudabilis neque sepa
bitur ab eo sanguis febris separatione certa
in ullo die. Quod si contigat quod non forte
contingeret. et est ut sudet infirmus sudore
laudabili. et removeatur ab eo febris. tunc
crisis procul dubio certificatur. Quod si in
firmus peccet quolibet parvo peccato re
dibit ad ipsum. Rursum ponamus quod signa
crisis apparuerint in ullo infirmo in die .iiii.
aut si posuimus ante apparuisse in die .xi. dico quod oportet
ut expectetur crisis in die .vii. Scilicet est quia indica
tivus in ebdomada secunda est dies .xi. et in ebdo
mada prima est dies quartus. Et sicut signa .xi.
qualiter disposito infirmi in .xiiii. similiter dies .4.
super .vii. Sit ergo paroxismus febris in nocte
.vii. in hora si posuimus vel narravimus ante. et
fuit rigor et pulsus secundum illam similitudinem
et incipiat sudor in fine noctis et maneat
infirmus tota die. et est dies .viii. sudans su
dore laudabili et separetur ab eo febris cir
ca vesperas. In huius ei loco oportet ut bene
consideretur. Res ei ad quia posuimus hoc ex
non est parva. tu ei scis quia in primis posui
quod paroxismus febris advenit infirmo adve
ntu qui significavit crisim in nocte .xiii.
deinde recessit ab eo in die .xiiii. et dixi quod
crisis venit in die .xiiii. et posui nunc quod
sudor et solutio egritudinis advenerit ei in die .8.
.viii. Et dico cum hoc quod crisis est non advenit
huic infirmo nisi .vii. Quod est quia non est
necesse tibi ut sis contentus in principio po
roxismi febris significantis crisim tamen neque
in principio sudoris neque in aliquo reliquorum
quo crisis fit. Nam hec proprietas sola non me
retur ut sit sufficiencia secundum eam in expecta
tione diei cui oportet attribuere crisim
neque in hora recessionis febris tamen immo oportet
quod ut putetur quod quando aggregantur due ex istis
proprietatibus tunc enim due procul dubio fortiores
sunt tribus. Verum quando aggregantur proprietates tres
tunc dubitatur in quo aggregantur. scilicet quando ag
gregantur in die uno ut veniat in eo paroxismus
febris adventu significante crisim ita ut
incipiat in eo crisis. et ita ut veniat post
eam recessio egritudinis. Quod si separes i
stas proprietates. necesse est tibi ut consideres
in primis in diebus indicativis. Nam quando indicat
dies .iiii. et dies .xi. crisim deinde est aliqua
ex proprietatibus crisis in die .vii. aut in die .xiiii.
Quod si non fuerit ex proprietatibus talis in .vii. aut
.xiiii. aliquid neque in eius principio. neque in eius fine.
tunc manifestum est quia non est possibile ut dicatur quod
est crisis .vii. aut .xiiii. sed diei alterius ab eis
utrique. et est dies in quo est crisis tota. Si autem

ctis

feb

si

die

non indicat crisim dies ante eam. donec
uenit crisis continuans duos dies. et consi-
dera in istis signis. ut significetur per eam in
quo duorum dierum sit crisis. Signa autem sunt
proportio circuituum. et nature dierum. et numerus ho-
rarum crisis. et tempus crisis. Consideratio autem tua
in proportione circuituum. sit hoc exemplum. Si egritudo
fiat difficilior super infirmum in imparibus tunc
crisis erit imparis. et si gravetur in paribus
tunc crisis erit paris. Quod est quia crisis fit
plurimum in hora gravitatis febris. Considera-
tio autem tua in naturis dierum sit secundum hanc
viam. Si dubitas in crisi. inter ix. et x. tunc
considera ad ipsam crisim. nam si videris eam
bonam saluam. uel completam et perfectam. tunc di-
gnior est ea. et si videris eam diminutam ma-
lam habentem timorem. tunc x. dignior est ea. Et
uero consideratio tua in numero horarum crisis sit per
hunc modum. hore crisis sunt tres. prima est
hora est circuitus principium cum adventus signe
crisim siue sit evacuatio aut aliud. et tertia
est consumptio crisis. dies ergo in quo inuenerit
due hore ex horis est dignior crisi. Conside-
ratio autem tua crisis in tempore crisis. fit secundum in-
tentionem. considera in quo duorum dierum sit plus
tempus crisis. nam ille in quo inuenitur tempus e-
ius longius est dignior crisi. et si significat ~~que~~
significat ista .iiii. signa diem unum. tunc crisis
necessario est illius diei. Quod si minuatur
unum eorum. tunc crisis est secundum dispositionem illius
diei. Quintum oportet ut scias quod dies alius
habet in ea proportiones. Si autem equantur signa
que inuenis in uno duorum dierum signis que in-
uenis in alio tunc crisis communis est inter
eos. Et fortasse pertransit crisis diem secundum
ad diem tertium. et cum illud est tunc dies medi-
us causa longitudinis temporis in eo est dignior
crisi. Quintum non oportet ut detur ei crisis
tota. Seruntur oportet ut consideremus in primis
an indicet crisim dies ante eam an non. et
Iam enim dixi quod signum est ex fortioribus signis
deinde considera post. si non indicat crisim dies
ante eam in signis reliquis. que paulo
ante dixi. et sunt comparatio paroxismorum febris
et nature dierum. et numerus horarum crisis. et tempus crisis. et
Iam autem contenti sumus hoc sermone in hoc loco
redeamus ergo nunc ad illud in quo fuimus. nos
enim iam narrauimus dies crisis usque ad vicesimum
et sumus rememorantes nunc eius quod est post
xx. de diebus crisis. Quintum nos addemus in
primis in eis que pertinent de sermone nostro quo-
dam cum rememoratione fit uiuamentum in eis que ue-
niunt post. et in hoc ut non remaneat super
nos inquisitio in aliquo eorum que pertine-
rint. Et haec res est ex die primi et secundi ex di-
ebus egritudinis. Nos non enim rememorati sumus
eorum in his que pertinent ex sermone nostro.

Seruntur diocles et eius secta putauerunt
quod ipsi sunt de diebus crisis. oportet ergo ut de-
terminemus ex utrorumque determinatione suffici-
enti. Dico ergo quod si tu dixeris quod crisis est per-
turbatio uelox ante solutionem egritudinis
in corpore infirmi. tunc non oportet ut numeremus
diem primum neque secundum ex diebus egritu-
dinis crisis. quod est quia non est in eis utrisque ante
solutionem egritudinis perturbatio manifesta. Quod
si nominetur omne solo que fit egritudinis crisis tunc
necessarium est ut numeretur dies primus et
secundus ex diebus crisis. Quod est quoniam omnis febris
diei soluitur aut in die primo aut secundo. Questio
ergo est in uirtute non in nomine. et hec quidem intentio
est detecta et manifesta quia sciunt omnes ho-
mines scilicet quod febris diei soluitur in die pri-
mo. Sed de egritudine quidem huius inquisitionis est
ut inquiratur quando oportet ut perturbatio que
fit in egritudine crisis nominetur. aut quando conuertitur
ad consumptionem egritudo tantum. an nominatur
crisis et non consumatur egritudo. sed mutatur mu-
tatione manifesta. Et similiter est inquisitio de no-
mine consumptionis super quod non cadat iam sed
exitum infirmi ex infirmitate sua ad sani-
tatem tantum. aut et cadat super mortem. multi-
plicatur enim disceptio in hoc. et si ponam in eo ser-
monem cum exitio perueniatur cum quo possibile est con-
sideratio in his rebus et sine intentio uero mea nunc
est ut enuntiem in hoc primo tractatu illud quo
fit iuuamentum ex eo dierum crisis tantum. et possibile quod
est ut consequatur illud quod uolo inde. quia uicio
cum sermone super radices quas posuit quidam
sine demonstrationibus dialecticis. ponam ergo nunc per-
turbationem que fit ante consumptionem egritudinis per-
fectam. dici crisis sermone absoluto. et non no-
minetur aliquid eorum que sunt preter hoc. crisis ser-
mone absoluto. sed illa que ad necem perue-
nit infirmi uocetur crisis mala. scilicet duobus
nominibus simul. Illa autem que minuit de egritudine di-
minutione manifesta neque superuenit ei a
fine eius nominetur crisis diminuta. sed illa que in-
clinat egritudinem ad illud quod est malum nominetur
crisis diminuta mala. et ita quod oportet ut
faciamus quando eligimus ut sit sermo noster ma-
nifestus et perfectus. unumquodque intentionum
secundum singularitatem. Nos autem multotiens utimur
sermone qui nominatur diminutus et nominamus
has omnes quatuor species crisim preter quod ad-
damus sermoni nostro diminutam aut malam.
Et ego quidem iam ostendi in libro alio ab
isto quod iste modus sermonis currit in consu-
etudine huius lingue. Et ego quidem dicam nunc in
illo et quantitate que sufficit in hoc loco. Si ni-
si quod quando dicimus cubitum aut cubitum. aut et
palmum. aut aliquid ex reliquis mensuris.
non oportet ut sit aliquid eorum additum
nec diminutum a quantitate sua. Sed quoniam unumquodque

cre

i al. Et quamvis h sit ita
castitu 2

hoc nomen non significat non mensuram determinatam notam. et quamvis non sit ita nos tamen multotiens nominamus cafficium additum et diminutum similiter cubitum et palmum et reliquas mensuras. Verumtamen quando intendimus ad veritatem sermonis non nominamus illud cafficium sermone absoluto. sed nominamus ipsum cafficium additum vel diminutum. et similiter est dispositio in cubito. nam quando complemus sermonis veritatem non nominamus id quod est diminutum aut additum super cubitum longum aut curtum. Quando non autem dicimus cubitum tantum. non significamus non cubitum iustum in quo non est additio neque diminutio secundum consuetudinem hominum quidem est ut utantur alio modo sermonis et est ut faciunt rethores secundum modum distinctionis nominis generis eius et exemplum est quod quando dicimus dixit poeta non intelligitur aliquis grecorum quod significetur per poetam nisi homerus. quamvis multi poete sint in grecis. et illud quod dixit itaque quidam versificatorum quod forsitam non invenitur homo qui sit homo non raro. et consimile huic quod est quod non nominamus eum qui est valde servus. neque qui racione privatus est. neque qui est stolidus ex natura hominis. Verumtamen nos attribuimus hoc nomen cum disposicio est recta. sed non est necessarium ut in hoc loco determinemus secundum quam harum intentionum nominetur omnis permutatio que fit in corpore infirmi. aut solutione egritudinis crisis. an secundum modum distinctionis. an secundum permutationem. et ad hoc est locus alius ab isto. sed illud autem quo fit iuvamentum ex eo dierum crisis in medicina possibile est ut sequamur sicut diximus. ita ut ponamus nomina que ante diximus narrando. et nominetur ergo illa in qua inveniuntur omnia signa crisis crisis sermone absoluto. et nominetur quod est post illam crisis sermone absoluto. sed cum additione alicuius cum nomine crisis. Si autem non diligis ut nominetur perturbatio que fit ante consumptionem crisis. et amas ut nominetur ipsa mutatio que fit post perturbationem tantum crisis. tunc nominetur consumptio egritudinis bona perfecta crisis sermone absoluto. et nominetur que est post illam crisis cum additione tertia altius. Postquam ergo iam expediti sumus ab hoc tunc incipiam in eo ad quod intendimus et est ut narrem dies crisis qui sunt post diem .xx. Invenimus autem archigenem et sodales eius et sectas eius dicentes quod dies .xxi. est dies crisis. et invenimus archigenem dixisse quod crisis fit in die .xxi. plus quam fiat in die .xx. sed non autem videtur michi quod res sit ita. neque videtur ypocrati. et secundum hoc ostendam illud in eis que sunt post. et similiter est dispositio in die .xxvii. nam michi videtur quod crisis fit in eo plus quam fiat in die .xxviii. Illi autem quos dixi ante dicunt quod crisis fit in eo minus,

et dies .xxxiiii. itaque est magne virtutis. et dies .xl. est eo fortior. In die autem .xxxiii. et in die .xxxi. crisis minus fit quam in illis sed minus his est multum in die .xxxvii. ita ut ipse sit medius terminus inter dies sit et dies in quibus fit et est illis in quibus crisis non fit propinquior. In reliquis autem diebus qui sunt inter .xx. et .xl. non fit crisis. et ego nunc exponam tibi secundum continuitatem. Sed enumerabo ergo eos. et sunt .xxii. et .xxiii. et .xxv. et .xxvi. et .xxix. et .xxx. et .xxxii. et .xxxiii. et .xxxv. et .xxxvi. et .xxxviii. et .xxxix. et eorum summa est .xii. Perturbatio autem crisis fit in diebus crisis qui sunt usque ad .xiiii. et dies sunt post eos qui sunt ex diebus crisis usque ad .xx. sunt propinqui eis. In reliquis autem diebus crisis qui sunt post istos usque ad .xl. virtutis motus minuitur paulatim. dies autem crisis qui sunt post .xl. omnes sunt debiles. quod fiat per evacuationem. sed illud fit semel et raro. et motu vehementi plurimo. continuatur cum crisi dies multi. et precipue quando crisis per exituram consistit. Et ypocras iam pendens fuit omnes dies qui sunt post .xl. preter .lx. et .lxxx. et .c. et .xx. et dum dicit quod post hec sunt ex egritudinibus quarum crisis fit in septem mensibus. ex eis que sunt in septem annis. et ex eis in duabus septimanis annorum. et ex eis in etatibus. Invenimus autem quosdam dixisse diem .xlii. et diem .xlv. et diem .xlviii. et dies alios. et dicam eos omnes in sequentibus. Putant autem multi medicorum quod non est possibile alicui. ut precedat et sciat diem in quo venit crisis. sed non non est. Illud impossibile ei qui non studet ut addiscat quod dixit ypocras. in nullo ita ut sciat illud quod dixit ypocras in nullo ita ut sciat illud in primis. deinde sollicitus est in visitatione infirmorum. et studeat in consideratione disputationum eorum. Quod si adhereat infirmus. preterquam quod sciat id quod dixit ypocras in hoc modo non proficit in aliquo. et est labor eius vanus. et si studet ad discendum quod dixit ypocras in hoc modo. ita ut sciat illud et si piger ad adherendum egris. et eorum visitationi. et hic est melior quam ille qui adheret infirmis preter quam sciat illud quod dixit ypocras. Verumtamen minuitur adhuc a complemento diminutione multa. necesse est ergo ei qui vult precedere et scire diem in quo infirmo advenit crisis. ut precedat et sciat ista ante omnia ista. illud quod dixit ypocras in libro pronosticorum. deinde sciat itaque post quod dixit ypocras in libris aliis de eo de disposicionum aeris. et quod accidit eis de egritudinibus. deinde sciverit itaque post illud sermonem eius in etatibus et naturis et horis anni et regionibus. et dixit post in libro pronosticorum. Cum ergo sciverit cetera harum omnium. deinde sciverit cum hoc sciam et

itaque

pulsus. et non fiet ei difficile ut predicat et
sciat diem in quo advenit infirmo crisis.
Inde est quod si egritudo est acuta. et non apparet
in ea aliquod ex signis timorosis. et si vide
ris in die .iiii. signum manifestum ex si
gnis digestionis. tunc scias quod crisis erit in
die .vii. Iam enim dixi breviter quod est ex sermone
meo et experimentis que inveniuntur. Verumtamen quia
bonum non sunt signa mortis. et signa salutis
et signa timoris non iuvantur ex sermone
meo. et si sunt in hoc omnia tamen non sunt signa
digestionis non iuvantur tamen ex sermone meo
in aliquo. Et propter hoc rogavi te ut discas
ypo. librum in pronosticis. et perscrutemini scientiam
eius. quod est meus. Iam non dixi. quia necesse est te sci
re signa salutis. et mortis. et timoris. et
digestionis. Nam quando si tu videris in infirmo si
signa timoris. et videris in quarto aliquod
signorum digestionis. deinde fecerit paroxismum in
paribus. tunc oportet ut expectes crisim in
die .vi. Si autem transierit diem .vi. tunc erit
in .vii. Si videris in infirmo signa salutis
tunc crisis erit in die .vii. Signa autem mor
tis non aggravantur cum signis digestionis omnino.
Et oportet ut consideres ista signa. non minus
quam consideras signa timoris et signa
salutis. Nam si fuerit principium apparitionis
eorum in die .iiii. tunc infirmus morietur
in septimo die. Iam autem dixi quod mors et
nominatur crisis mala. Et oportet ut conside
res in nullo signo mortis. et quantitates vir
tutum eorum. nam si fuerint multa fortia in di
e quarto tunc mors secundum plurimum erit in .vi. et
consuetudo illius invenitur in diebus in quibus fe
bris facit paroxismum. quod est quia si forte fecit
paroxismum in paribus. tunc infirmus morietur
in .vi. et si fecit paroxismum in imparibus mo
rietur in .vii. Et fortasse febris faciet paroxis
mum in imparibus. et morietur infirmus
in .vi. et illud quando egritudo fuerit fortis et
acutatis. et fuerint accidentia que appare
nt in die .iiii. mala fortia. mala propter illud
multa magis. Et similiter oportet ut cogno
scas magnitudinem accidentium in for
titudine sua secundum veritatem. et propter scientiam eorum
dicam in libro crisis qualiter distinguuntur
in magnitudine accidentium in fortitu
dine sua. et in magnitudine eorum magis
paritate eorum. Nec oportet ut permisceat
aliquid horum quod sunt eius. nisi intromittet
omnes res in suo loco. Sed oportet ut enim
dicam in hoc libro totum quod est de esse dierum crisis
propter tuos quos iam consideravi bonos
egritudines acutas secundum exquisitionem. et in
venirentur .iii. indigentia semper diei .vii.
propter eminentiam suam. Et oportet ut scias que
sit intencio sermonis mei. propter eminentiam suam

Oportet ut scias que sit intencio sermonis
mei propter eminentiam suam. est enim quia quando non accidit
accidens magnum ex eis que fiunt raro. aut
ab extrinsecis. aut ex ipsa egritudine. tunc
dies .iiii. procul dubio indicat .vii. Quia si ac
cidit accidens ab extrinsecis quod non extima
uimus ex eis que dicemus post. et movebatur
egritudo motu veloci. et sit virtus infirmi
debilis. aut sit res preter consuetudinem illius tunc possibile est
ut moriatur infirmus ante .vii. aut post .vii.
Et necesse est tibi ut scias illud et discernas
illud secundum hoc exemplum. Si accidat infirmo
accidens malum ab extrinsecis et fuerit debilis
tunc scias quod eger in quo vidisti signa mala
in die .iiii. non remanebit usque ad .vii. Sed
morietur in .vi. et precipue si febris eius fe
cerit paroxismum in paribus. Si autem non accidat
ei accidens extrinsecus omnino. et fuerit motus
egritudinis motus vehementis velocita
tis et fortis infirmus. tunc considera. nam si inve
neris signum malum quod apparet in .iiii. occul
tum. tunc eger pertransibit .vii. nam si febris
eius fecerit paroxismum in paribus tunc ipse mo
rietur in .viii. et si fecerit paroxismum in impa
ribus tunc ipse morietur in nono. Et ostendam
in libro crisis que signa sunt que ego nomino
occulta. et que signa sunt que ego nomino
manifesta. et dicam illud etiam in libro meis
que erunt post. Et autem illud ego redeo. ad
illud quod remansit super me ad determinandum.
Et dico quod si apparent in .iiii. signa salutis. et
fecerit paroxismum in imparibus. et non timetur
super infirmum periculum. tunc impossibile est ut
sit crisis in die .vii. nisi accidat accidens
extrinsecus. Et ego dicam ista accidentia.
Dico ergo quod ex eis sunt que fiunt ex ipsa egri
tudine. Et ex eis sunt que fiunt ex medi
cis nostris istis. quorum exaltantur mirabilia
qui putant quod quando aliquis eorum ingreditur
ad infirmum. tunc exuit se et stringit medium
suum. et supponit ei emplastrum. aut embrocat
ipsum. aut cauterizat eum. aut flebotomat
ipsum. aut ventosat eum. aut facit ei aliquid
preter illud quod ex eis que sunt similia. Et qui in
grediuntur ad infirmum nostris error super eum
est multus vel magnus. nam cum crisis iam
preparata est ad hoc ut fiat die .vii. deinde pro
venit error super infirmum. fiat hic error
ante .vii. non est possibile ut fiat crisis ante .vii.
Et motus quidem nature determinationibus. id est periodis
determinatis per eminentiam suam. Verumtamen for
sitan prohibet adherere suis determinationibus periodi
aliquod ex nocumentis que ingrediuntur
super eam extrinsecus. Et secundum hunc modum
dixit ypo. quod natura est sufficiens in omni
quod indiget regimine eius. Sed quando ad iuvat
ab extrinsecis. per emplastrum et unctionem et

embrocationem tocius partis. et secundum hanc viam
nominant medicum ministrum nature. et non
significavit per illud non illum qui vere est medicus
et non venatorem qui sedet super viam. Iste enim
longinquus est ab hoc ut nominetur minister
nature. sed illud quo dignius est conveniunt
illius huius nominis. scilicet quia oportet ut nominetur ini
micus nature et inimicus infirmi. Et ypp. hic
quando cogit nos aliquis ut iudicemus super in
firmum ad quod convertetur eius egritudo
conditionaliter in eo quod permittimus de iudicio
super ipsum et dicimus quod huius infirmi crisis erit
in die tali et tali. si adhibuerimus regimen suum
et non adhibuerit alius medicus aliquid
de esse ei. amplius non peccet infirmus. sed se-
et pervenerit ad omne quod precepimus ei. et non accidat
extrinsecus magnum accidens. Ego quidem
primum me determinatur istas res que acci
dunt extrinsecus. et hic est hora dicendi eas.
Dico ergo quod accidat incendium in domo infirmi
aut superveniat ei latrones. aut fluat super
ipsum fluvius qui submergat ipsum. et cogat
infirmum fugere non est enim necesse illud dicere quod
advenit ei nocumento. et similiter si sonuerit ca
sum lecti aut parietis qui est sub eo. et ingre
diatur ad ipsum timor et conetur fugere. aut
adveniat pluvia. et super ipsum distillet tec
tum. et cadat pluvia super caput eius. aut
super aliquid de corpore eius donec cogatur per
mutari et vigilet et ingrediatur ad eum
timor. Iste enim res item sciuntur que sunt ex eis
que nocent infirmo nocumento magno. et
secundum hanc viam item. si tumultuantur vici
ni eius et exaltant voces eorum. aut advenit
infirmo annunciator contristans ipsum. aut
accidit aliquid ex his. et cogat infirmum
vigilare. tunc ipsum destruit consuetudinem eius
quam primum medicus iudicavit super infirmum.
Vigilie autem quibus vigilat infirmus propter
ipsam egritudinem suam ante horam iudicii
medici super ipsum. et ante crisim non destruunt
neque corrumpunt aliquid ex eo quod prius iudi
cavit medicus super ipsum. Vigilias autem que
extrinsecus accidunt quas medicus non
extimavit vel iudicavit de eis non est medi
ci cognoscere. si ergo est ita tunc non est posse ei ut
cogitet in eo quod ex ipsis accidit ex nocumento
et addat illud super illud quod prius iudicavit
ex eo quod ipsa facit egritudo. et illud quod precepit
ypo. in primo libri amphorismorum. ubi dicit oportet te
non esse contentum ut facias tu quod oportet absque
quod infirmus faciat quod oportet et qui presen
tes sunt ei. nec prohibeat aliquid extrinsecus.
Et intentio quidem eius in hoc sermone est quod si tu
elegeris ex parte tua et discreveris consuetudinem alio
rum que dico. oportet ut consideres in his
quatuor modis. et modus primus est ut tu facias
omne quod necesse est te facere. et modus secundus
est ut infirmus sit obediens tibi in omni quod
precipis ei. et non gravet eum et deiciet super se. et
modus tercius est ut non erret super eum aliqui
ex eis qui sunt ei presentes. et noceat ei per errorem
venientem ex eo. aut contristet ipsum per renun
ciationem prolatam ei. aut noceat ei per defectum
qui sit in eo. in his que preparat ei. Sed oportet
ut preparet ei omne quo indiget ante horam
in qua indiget eo et eo. et eius deductionem
optimam faciat. et quod preparat ei ministret et
sine defectu et sine dimissione. Et modus
quartus ex modis ex quibus precipimus consid-
rationem esse tibi. ut non accidat accidens fo
re et appropriavit hoc totum in nomine u
no. et nominavit ipsum quod accidit extrinsecus.
Species autem eius sunt multe et sunt pluvia.
tonitruum. coruscatio. et fulmen. et tumultus
vicinorum. latratus canum. et incursus latro
num. et ruina domus tegularum lapsus. et submer
sio et incendium. et percussio adveniens ei
et omnia que istis sunt similia. Hic ergo quatuor
genera unumquodque quorum sunt species prohibent medicum
a motibus suis. et corrumpunt ordinem cura-
tionum eorum. nam quando ostenditur in die. quarta si
gnum significans crisim. deinde non errat in
firmus. nec medicus. nec servientes. nec acci
dit accidens extrinsecus. tunc crisis procul
dubio. venit in die. vii. Etiam quidem osten
sum est quia non est posse ut sit annunciatio et iudica
tio super infirmum. preter eum que est sufficit preter
illum qui regit ipsum regimine recto. Se
cundum necesse est ut actor ambarum rerum simul
unus. quoniam si res ita fuerint corrumpet unaqueque
duarum rerum alteram quod est quia quando non est in regimine
infirmi error prohibet crisim fieri in hora sua
sicut iam ostendimus. et intentio mea in ser
mone meo. In hoc loco est cura infirmita
tas. et non est posse ut sit regimen nisi prius sci
at quando erit status egritudinis et eius crisis.
et ostendam illud in libro de ingenio sa
nitatis. Cum ergo unaqueque harum duarum rerum cum
altera semper sit necessaria. tunc necessarium est ut
non sit medicus qui medicatur recte nisi
ille qui iudicavit recte prius super eum.
Sed optimus medicus est iste antecedens
cum iudicio et sanans ipsum. et loquemur in illo
sermone latiorem hoc. in alio libro ab isto. et
nunc autem redeo ad illud ad quod intendi. a
principio sermonis mei. dico ergo quod quando appa
ret in die quarto. signum bonum et manife
stum. tunc ipsum significat crisim. fieri in vii.
si ei non accidat ante illud accidens extrinsecus
aut alius. Quod si accidat accidens. oportet
ut consideretur in quantitate ipsius accidentis
nam si fuerit parvum. et eius cognitio accipitur
ex libro de ingenio sanitatis tunc crisis

apud illud

al' et illud

al' sermo yp.

Secundum dispositionem erit in .vii. Verumtamen erit
in ea diminutio ex expectatibus crisis lauda
bilis. Sermones quidem iam ante diximus quod nec
esse est ut inveniatur in crisi bona ut sit
semper perfecta vel completa et ut sit certa et sal
va et omne quod est simile illis. Quod si accidens
illud fuerit magnum tunc crisis non erit in
.vii. et tegerem ipsam per quantitatem eius quod acci
dit de nocumento accidentis et facerem cum
scire ut in alio sciem ipsam. Et non est possibile ut
grave sit illud. Nedum quod sit gravis eius ex
positio. Verumtamen possibile est ut adsistens acquirat
ex visu illud quod stat hic res secundum suas veritates.
Sed non est ista hora illius neque locus eius. Sed
est ex scientia crisis. Et eius cognitio est in libro
crisis secundo. Redeam igitur ad illud quod sequitur illud
in quo fuimus et rememoremus ex eo quod narra
vimus. Iam enim narravi quod si apparet in di
e quarto signum forte manifestum signifi
cans crisim in egritudine acuta salvam
et diximus quod si non accidat accidens omnino
infirmo ex errore aut aliis tunc oportet
ut scias quod crisis erit bona in omnibus proprie
tatibus suis et erit .vii. Quod si accidat
accidens parvum tunc crisis secundum dispositionem
erit in .vii. verumtamen non erit imperfecta. Si autem
accidat accidens magnum ita ut transire
faciat crisim diem .vii. et permutet eam et
ad diem post ipsum tunc oportet quod consideres
res in quantitate eius quod ingreditur super infir
mum de nocumento illius accidentis sicut et
dixi. Quoniam qui scit secundum veritatem scit scientia cer
ta quod ad .ix. permutabitur crisis. Ad [?] egritu
dines quidem salve quas medici erroris coho
periunt quando in eis accidit accidens tantummodo
prolongantur. Sed egritudines quarum successio
est ad salutem et evasionem. Verumtamen in eis est ali
quod ex accidentibus timorosis. Et timores
quando accidunt accidentia magna multa
et frequentia permutatur egritudo a natura sua a
d naturam egritudinis mortalis. Et illud in quantum
videtur michi non est mirum quoniam sano accidit
accidens magnum velociter pervenit cum
in egritudinem mortalem. Tunc quanto plus
accidit illud infirmo. Iam igitur ostensum
est et manifestum quod est dierum indicationis
et dierum crisis quod docuit nos ypo. Non est
possibile ut expiatur et sciat concordiam eius
per apparentiam nisi ei qui habet ex prudentia
regendi infirmos simile ei quod fuit apud ypo.
Neque potest scire magnitudinem virtutis ac
[illegible] nisi qui fuit ita. Et iste quidem est so
lus cognitor quantitatis nocumenti quod in
greditur super infirmum ex accidentibus per
mutationis crisis ex die suo ad alium ex di
ebus. Et secundum quod tardatur crisis in egritudinibus
salutiferis per quantitatem eius quod ingreditur

super infirmum de lesione ex nocumentis que
accidunt inter diem indicationis et diem cri
sis antecedit crisis in egritudinibus inter
ficientibus. Sermo est quod si apparet in die quarto e
gritudinis mortalis signum significans mor
tem et iudicat quod mala crisis erit in .vii. de
inde accidat nocumentum non parvum inter
quartum et .vii. tunc non tardabit crisis usque
ad .vii. Sed accidet in uno dierum qui sunt inter
quartum et .vii. crisis mala. Et possibile quidem
nobis est ut sciamus in quo dierum duorum erit an
in .v. an .vi. ex quantitate acuitatis dierum
egritudinis et ex quantitate lesionis que ingreditur
super infirmum ex nocivo accidente et ex horis
paroxismorum febris. Quoniam si egritudo fecerit pa
roxismum in imparibus et egritudo est acuta valde
deinde accidat in die .iiii. nocumentum quod non sit
parvum valde tunc non est mirum si moriatur in di
e quinto. Quod si febris fecerit paroxismum in pari
bus neque egritudo sit valde acuta et non sit
nocumentum quod ingreditur super infirmum ex le
sione accidente magnum tardatur crisis et
usque ad diem .vi. Verumtamen omnia igitur hec corrumpunt co
gnitionem dierum crisis et dierum indicationis
super multos medicorum. Quoniam pauci medici
regunt infirmos regimine recto et pau
ci infirmi obediunt medicis et pauci e
orum eis fuerunt ministri sicut oportet. Et iterum
pauci eorum sunt quibus non accidat accidens
extrinsecus. Necesse est igitur medico ut sit cogni
tor vel impudens curationis egrorum et pro
nosticas eorum et sit potens cognoscere ma
gnitudinem lesionis que ingreditur super
infirmum ex nocumentis accidentibus exqui
site. Et tunc ut si processerit et iudicaverit quod erit
crisis in aliquo dierum. Deinde contingat
aliquid inter horam iudicii eius et non crisis
ex quo infirmo accidat nocumentum sit ei possibile
permutare iterum iudicium suum ab illo die
ad diem ad quam permutatur crisis. Secundum ex hoc
manifestum est quod ille cuius mens est debilis
et cuius anima est pessima non adiscet ad di
sciplinam huius scientie. Nedum quod antecedat
et iudicet aliquid eorum que diximus et cogno
scet illud in egris. Sed vero qui fuit acutus
diligens bonitatem et non fuit piger a labo
re inquirendo bona et non tenet eum gravi
tas vel pravitas intentionum neque longitu
do temporis in studiis suis neque labor in exercitio
in eis te consequetur finem eorum que dixi.
Ita ut proveniat ex prudentia sua ad hoc
ut iudicet horam in qua fiet crisis aut
mors cum fiducia et sapientia. Nedum diem
in quo erit ille. Dico necesse est igitur tibi ut
quando scieris diem in qua morietur infirmus
ut consideres in qua horarum paroxismi febris gra
vatur infirmus. Nam si quando incepit paroxismus

Capitulum [?]

mala

et / al' nocumento

i firmum

Non errore medicorum et egrorum

al' suo

al' i capite

Quando in eis accidit accidens tantummodo prolongantur ad mortem. Et egritudinibus in salutis quas non tegit ab ex accidentibus timorosis.

febris infrigidat corpus eius totum frigore
uehementi et non calefit nisi cum difficultate. et
manet color eius mutatus tempore longo et minorat
tur pulsus aut mutatur ad dispositionem ma
lam. et grauatur motus eius. et piger fit aut
patitur suber. aut accidit ei aliquid aliud
ex his rebus tunc scias quod infirmus in tali ho
ra post febris morietur. Quod si paroxismi fe
principium non fuit malum. et uideris in
firmum in statu suo habentem permixtionem sue
toris. aut accidat ei suber aut angustia que
non potest tollerare egritudinis sue magni
tudinem. aut inflatur inflamatione superflua
aut obtenebrantur oculi eius et dolet caput
eius. et accidit ei dolor in corde suo. et similia
istis accidentibus. tunc scias in huius hora po
xismi febris morietur infirmus. Si autem prin
cipium post febris et status eius fuerint le
uia. sed in hora declinationis sue deficiat
spiritus eius et adueniat ei sudor inequalis et
frigidus in capite solo aut in collo. aut
in pectore. et sit pulsus uene eius debilis
et paruus. et accidant similia istis ex acci
dentibus. tunc scias quod infirmus non morietur
nisi in declinationis hora que est ex paroxismi febris.
Cum ergo cognoueris hec. attendens ipsum erit non
erit tibi difficile iudicare in qua hora mori
etur infirmus. Verbi gratia. si uideris paroxismum
febris in die. scilicet. et quarto difficiliorem quam
in primo. et iii. et v. tunc significabis per
illud quod infirmus morietur in vi. et si uideris
principium paroxismi febris difficilius reliquis
horis eius. et fuit illud in hora. vi. non erit
tibi graue ut iudices quod infirmus morietur
in hora. vi. Et ego illud non dico quod forsi
tam aliquis putat quod non est possibile in aliqua
horarum qui incedit in hac uia ut fallatur.
sed non dico nisi quod qui incedit in hac uia. secundum
plurimum erit rectum iudicium eius. Et ego
quidem ostendi illud in sermone persuadente
te in uno ipsius operibus. Et medicorum quidem
optimum diuturnitatem iniudentes ad rem diffi
cilem. Quod est quia ipsi querunt a nobis ut
iudicemus super successionem egritudinis spe
cialius non inueniamus signum sanum in quo
consideramus. et querunt sermonem eorum qui aspi
ciunt in decollationibus id est sacrificalibus. in
quibus perseguntur. et quidam augurantur in auibus
qui non certificatur eis signum super decollationibus
et augurio. et non placet eis ex nobis quod et
nos excusamus ex eis quod certificatio non signi
ficatur nobis. et uituperant nos. et derisione
stant nos. quod nos conamur scientiam quam non con
sequitur fortitudo hominum. et perscrutatur
super nos in iudicis nostris actu. plus quam
inquirant super diuinos. Et non est necesse
ut aspicias istos sed intende intentionem

uirtutis. et totam ipsam in cognitione uirtutum
signorum cum inuestigatione et uirtute. Cum ergo
tibi possibile fuit ut scias aliquid certe et
iudica super illud per illud quod ostensum est. Quod
si signum quod tibi apparuit non est manifestum
tunc expecta diem deinde considera eum infirmum
in die post ipsum. Quod si non fuit tibi possibile
in die illo etiam ut iudices per aliquid quod
iam certificatum sit apud te. et dubius ueris
tunc silere melius est tibi quam ut iudices
et procedas super iudicium in quo erres. Et ego
quidem usus fui hac cautela ex quo exerui
hanc scientiam usque ad hunc finem et non scio
nisi ex longo tempore me errasse in iudicio. Et est
dedi iudicia super infirmos ex longo tempore et
multotiens iudico ex principio febris super
esse ei totum. et dico quod hec febris que incipit est terti
ana. aut quartana. aut paroxismum faciat omni
die. aut non est aliqua istarum sed est febris
continua acuta que non pertransit diem quar
tum. sed non est possibile in principio omnis febris ut
tu cognoscas successionem eius. cum non significet
initium significatione manifesta que species
sit ex speciebus febris et scias hoc quod ex sanat causis.
Ca. xiiii. Oportet ergo ut redeam ad illud ad quod inten
di et dicam ex quo uideris infirmum in die
primo cum febris sit acuta. et non sit in eo ex si
gnis timoris aliquod. et uideris in urina
eius signum digestionis tunc non pertransibit egri
tudo eius ad diem quartum donec soluatur.
Similiter si uideris omnia que apparent in eo ex
signis significantia a primo die perditionem
tunc non pertransibit diem quartum donec
moriatur. Quod si febris eius acuta fuit
et non apparuit in ea signum aliquod mortis
neque aliquod ex signis digestionis tunc
non est possibile ut quiescat eius egritudo in die
quarto nec ante ipsum. sed oportet ut consideres
et cogites tunc an sit non apparet aliquod
ex signis digestionis similiter non apparet aliquod
ex signis longitudinis egritudinis aut
cum hoc quod signa digestionis non apparent appa
reant signa longitudinis egritudinis.
Quod est quia quando sic non apparent signa
digestionis similiter non apparent signa longi
tudinis. tunc eius egritudo consequetur
suum effectum circa septimam primam scilicet. Quod
si apparet signum significans longitudi
nem egritudinis tunc egritudo procul dubio
transibit diem. vii. Si autem quidem non potes
ab ipso principio egritudinis scire quot di
ebus prolongetur egritudo. sed tu non discernes
illud nisi in diebus qui sunt post. sed uincam
secundum dispositionem lucrabens ex perdita peregrinati
one tua per illud quod diximus de bonitate regi
minis infirmi. ut scias quia necesse est ab initio
habeas eum secundum quod status egritudinis eius tractat.

Dixit ei ypocras quod si egritudo fuerit acu
ta ualde tunc dolores qui sunt in ultimo fi
ne erunt primitiui. et oportebit ut utaris
in ea regimine quod est in ultimo subtilitatis.
Et quando non fuerit ita sed fuerit possibile ut utaris
a principio quod est grossius regimine tunc oporte
bit ut descendas ab ultimo subtilitatis.
Secundum leuitatem egritudinis ab ultimo fine do
lorum egritudinis. et significat tibi illud sermo eius
quod egritudo quando est acuta ualde tunc dolores
qui sunt in ultimo fine. erunt in ea hora ei
propinqua .i. finis. Significat enim per dolores paroxismum
febris. et accidentia que accidunt in eis. Et
non est illud aliud nisi quod egritudo consequitur statum
suum. Et hec quidem egritudo que significat tibi a prin
cipio sui quod pertransit septimanam primam. et significat
tibi in die secundo et tertio ei significationem citiorem quam
in primo. usque ad quot dies soluatur. postea
tu in die quarto poteris conicere prope ueritatem
statum egritudinis et eius crisis quando erit. Quod est quia
si tu uideris signa que significant quod egri
tudo prolongatur et non minuitur in aliquo. tunc
scias quod egritudo pertransibit diem .xi. Quod
si uideris signa illa minui diminutione manifesta.
et non ostenditur in quatuor primis diebus egri
tudinis signum digestionis. tunc expecta crisim
post .vii. usque ad .xiiii. Quod si uideris egritudinem
in die .vii. non digestam adhuc non est in ea signum
forte significans longitudinem egritudinis
prope tunc expecta crisim in .xiiii. Scientia uero illi
erit in .xi. quia est quia sicut .iiii. indicat .vii. sic .xi.
indicat .xiiii. Quod si uideris in .xi. signum
certum et manifestum ex signis digestionis tunc scias
quod crisis erit in .xiiii. Si autem fuerit in eo signum
occultum significans digestionem tunc considera et
cogita reliquas res. Si autem inueneris motum
egritudinis motum uelocem non prohibet aliquid
tunc possibile erit ut sit crisis in die .xiiii.
Quod si non fuerit res ita tunc fiet in die .x
vii. Si autem non significauit .xi. aliquid omnino.
tunc non erit possibile ut sit crisis in die .ix.
considera ergo tunc initium egritudinis motum
et in reliquis accidentibus et signis. scias quando
oportebit expectare crisim in .xiiii. aut in
.xvii. aut in .xviii. aut in .xx. post illos enim
quibus uenit crisis in diebus istis. et plus illo uenit
in .xx. et raro uenit in .xxi. et indicat utrosque
simul dies .xvii. et principio diei .xx. et dies .xviii.
indicat .xxi. Dico ergo quando uideris a principio egri
tudinem moueri motu non ueloci. sed febris erit
debilis quasi ipsa sit sepulta in profundo corporis
et reliqua signa que significant longitudinem
egritudinis. tunc non erit possibile tibi in principio
egritudinis huius ut scias quando erit status eius. sed scies
quia non ueniet crisis in .xiiii. tamen ante ipsum. et non est
possibile adhuc ut scias quantum prolongabitur
egritudo. Sed est tibi necesse ut consideres in primis.

an egritudo sit salua aut non salua. Si autem si
fuerit non salua et fuerit uirtus infirmi debilis
tunc infirmus morietur antequam prolongetur ei egritu
do. Quod si egritudo fuerit salua tunc crisis procul
dubio erit longinqua. Quod est quia non est
possibile ut ueniat crisis uelociter quando ostendunt
signa longitudinis egritudinis. Si non speres te
ipsum scire ut in die .iiii. nec dum a primo .iii. et
.iiii. quanta sit longitudo magnitudinis egri
tudinis. Verumtamen non potes scire illud nisi in pe
riodis dierum crisis. qui sunt post .iiii. et extimatio
tua in diebus qui sunt post quartum. usque ad .vii.
erit debilis tollerans modos multos. Dum erit
in diebus qui sunt a .vii. usque ad .xi. erit ex
timatio tua certior et propinquior ut non tolleret
modos multos. Quod est quia si uideris signa
que significant egritudinem non digeri. et illa que
significant quod egritudo prolongatur fortia fuerint.
usque ad diem .vii. tunc non erit possibile ut sit
crisis ante diem .xx. Quod si uideris ea debili
tari aut minui aut remanere secundum dispositionem unam
tunc possibile erit ut ueniat crisis ante .xx. Sed non
scitur illud quemadmodum dixi nisi quando signa que
significant longitudinem egritudinis sunt fortia.
considera ergo in diebus qui sunt post .xi. usque ad
.xx. nam si uideris in istis diebus .i. signa que si
gnificent longitudinem egritudinis et quia non digeritur
augmentari. tunc scias quod transibit diem .xx.
Si autem remanserint illa signa secundum dispositionem
unam tunc possibile erit tibi ut iudices tunc quod
crisis erit post diem .xx. Sed non est tibi possibile ut sci
as adhuc in quo die erit. Sed tamen tu non significabis
illud nisi quando consideraueris in eis que ueni
unt in diebus qui sunt post .xi. usque ad .xx. Quod
est quia si uideris signa que significant quod
egritudo non digeritur uel uidetur minui semper
tunc expecta crisim in die .xxiiii. et si non
uideris signa minui diminutione manifesta
tunc scias quod crisis tardabitur usque ad
ebdomadam quartam egritudinis. aut quando rema
net usque ad .xxiiii. diem indigesta et mouetur
motu tardo crisis non uenit ante diem .xl.
Hos autem iam diximus ante quod uirtus crisis
post .xl. dies debilitatur et fit solutio egritudinum
per digestionem paulatim plusquam fiant per mu
tationem subito. et dicat omnis qui studet in scientia
medicine. et hec est sententia archigenis. et fit in eis
raro mutatio subito sicut inuenimus infir
mos quos dixit ypocras. et uia in prenosti
catione eorum est illa quam narrauimus. Sed uni
uersaliter autem oportet ut cognoscas uirtu
tes signorum sicut precepit ypocras. quando uolueris pre
cedere et scire successionem egritudinis scientia
certa. Multi medicorum qui precesserunt sermonem
hanc scientiam non considerant nisi in uno signorum
non in eorum uirtutibus. et dicam illud in libro crisis.
Oportet autem nunc ut incipiam referre diuisi

ei

al' magnitudo longitudinis egritudinis

crisis

.iiii.

sicut

aut

tatem in qua dissentiunt medici inter dierum
crisis. et iudicem inter ea quis est verax et quis
mendax experimento et ratione. Iam ergo ostendimus in
locis aliis quod omne quod queritur in medicina et
de quo fit investigatio hiis duobus modis
experitur declaratur.

In tractatu quidem isto ante istum dixi omne quo in
uamitum fit in arte medicine de rebus dierum crisis.
et ostendi iterum causam propter quam non conveniunt medici
super omnes dies crisis. sed non dixi adhuc quis
eorum erravit. et quis recte dixit in eo in quo dissense
runt. Oportet ergo in hoc tractatu ut dicam hoc
in primis. deinde afferam causam propter quam non fit
crisis in omni numero dierum. et etiam si dies in quibus
fit crisis sunt equales in potencia sicut omnium
que sunt in medicina aliud invenitur ratione et exp
eritur experimento et aliud ratione et aliud utrisque simul.
tunc ego conabor detegere errorem eius qui
erravit et ostendam rectitudinem eius qui recte
te invenit in rebus dierum crisis et experimento et ratione
simul. Et si dixero tibi infirmos quos consideravi
ut certificetur apud te quod experimentum certificat
super certitudinem dierum quos dixi forsitam
imputabis contra me quod ego dissimilem falsi
tatem. et narrare illum quod non vidisset. sed visum
est michi melius ut referam infirmos quos di
xit ypo. Cum homines sint convenientes in hoc
quod ipse fuit ex magis iudicias ex hominibus et ve
racior in sermone. unde prodam in aliis ad narrationem
et fortior super experienciam. Et ego quidem di
cam in primis condiciones que terminant et
hanc rem rectam cum experimento quod ante dixi.
Una autem ex condicionibus quas dixi est quia non
oportet ut experiamur dies crisis in omnibus infir
mis. Sed eligamus ex infirmis ad experiendum
eos illum super quem non erravit medicus. neque
infirmus super se ipsum. neque qui assistit ei
nec accidit ei accidens extrinsecus quo ledatur.
Et secunda quidem condicio est ut accipiamus
principium egritudinis non ex ratione. sed ex ipso sensu.
et est prima hora in qua infirmus sentit egri
tudinem. et declaratur ei illud manifesta declaratione
ita quod provocat se ipsum ad consulendum medicum.
Condicio tercia est ut possis scire quando conti
nuat crisis dies multos continuos quis
illorum dierum sit dignior illa. Nam si non determi
naveris illud studiose et sciveris illud deinde
conatus fueris experienciam dierum crisis experimento
multiplicabitur tuus error. et ita oportet ut
experiantur dies critici. Certitudo autem expi
encie eorum ratione. ego nunc narrabo tibi qua
liter erit. dico ergo quod oportet ut experimentator eorum
sit ex illis qui iam contemplantur in sciencia nature
et sit sciens recte quod natura est sufficiens
in omni quo indiget. et quod ipsa fit sollicita
in regimine aliis sollicitudine postquam
non est fixus. et quia non est ex rebus cuius motus est secundum

ordinationem et ordinem quando natura fit ei similis
aut plus ipsa in illo. Quando autem hanc rem et
possibile est te scire ex libro de iuvamento membrorum
ostendi enim in libro illo quod natura in creatione
corporum habet sapienciam. postquam non est similis
quandam similiter ex ordine animalis et complemento
eius. et ipsius generatione videtur enim in omni genere
ex generibus animalis minimus parvus in generatione
que non pertransit aliquid eorum que sunt in illo
genere. Sed quoniam motus nature sunt adherentes et
uni ordini et ordini uni similiter ordo cuiusque animalis
post eius generationem similiter et complementum et ipse
declinatio sunt in horis determinatis. Si qui legerit
enim librum nostrum de virtutibus naturalibus et in aliis
libris in quibus ostendi esse cuiusque operationum
naturalium non est dubium quin sciat summam studii
et bonitatis ordinis secundum quem sunt motus nature.
Qui autem scit illas res et placet ei sapiencia nature et boni
tatis ordinis. et motuum eius deinde negat di
minutiones nature que regit corpora animalium in studio
et bonitate ordinis motuum a corporibus celestibus
puto quod ipse comparat et hanc scienciam que est
apud nos ad illam que non habet ordinem. Et dico
quod omne quod est bonum et pulcrum exceis quam dixerim
et omne quod uni ordini adheret et nec unum et ostendi
ditur in ipso vestigium sapiencie non est nisi diver
sum. hec autem sciencia que est apud nos pervenit
propter diversitatem ordinis et permixtionis. Primus autem
cui iusta est sciencia hec ex grecis qui sunt scita fuit et
ypo. deinde post ipsum omnes phisici experimentis suis
ab oriente prolongationem dicere grecos qui tenu
erunt eam secundum certitudinem horum sermonum. si nos quidem
contenti sumus in hoc sermone eo quod diximus medico
autem qui meretur comparari ad scienciam ypo. et pluri
s prudencia necesse est ante quam conetur experi
enciam dierum crisis experimento ut sciat eam sci
ens. s. quod vestigavi. convertatur ordinem
unum et viam unam. et quando ipsa confortatur et vincat
super elementum sunt motus eius secundum ordi
nem laudabilem et periodos adherentes ordini
uni. Quando autem accidit non secundum quod oportet. et
corrumpit ordinem motuum eius non est nisi quando
ipsa non potest super elementum ita quod vincat supra
ipsum. sed vetatur et prohibet eam moveri secundum viam
motuum suorum. nam qui scit istas res. deinde
scit experimento quod crisis que fit in .vii. est crisis
certa salva perfecta longinqua a timore indica
ta et quia multociens fit crisis in tali die. sicut dierum
.xiiii. est dies similis diei .vii. deinde scit quod dies
.iiii. indicat .vii. et quod .xi. indicat quartum
decimum. transit per mentem eius ut inquirat
de die .vii. usque est quia quando invenit quod prima septi
mana dividitur in duas partes equales. et ca
dit divisio die .iiii. et dies quartus significat
illud ad quod convertitur postremum septi
mane. et invenit septimanam secundam secundum hanc
similitudinem. et intelligit ex hoc quod unaqueque

ebdomadarum est prodiens propter hoc quoniam longitudo
medii ad utrosque extremos est equalis. Et similiter
continuitas eius utrique in potencia. Corpora autem
non videntur ei illud nisi propterea quod dictum est quoniam natura
est secundum institutionis unius egritudines eius que non sol
vuntur in die primo solvuntur in quarto. Quod si ve
ro non solvuntur in vii. solvuntur in xiiii. Si egritudo
fuerit maior quam ut consumatur in iiii. tunc
preparatio solucionis erit in quarto. Deinde complebitur
eius solutio in vii. Natura conatur in xi. ex
plere eas ita quod ponit crisim eciam in eo ac
preparat in ipso ut solvatur in die xiiii. Et tibi
quidem possibile est ut stes apud sentenciam meam
et de hoc in primis pertranseas et dimittas inqui
sitionem de hac questione est phylosophys scilicet an numeri
ipsi met faciant aliquid. an ipsi sequantur motus
adherentes ordini. et ipsi in se ipsis non faciunt
aliquid sed sequuntur stellas que agunt in horis a
liquibus. Scitum quod tu cogitavis illud super quod con
venerunt due secte et convenisti tu cum eis super
illud. Et est quod nature celestes semper sunt adheren
tes in motibus suis quantitatibus equalibus. Et viden
tur quod nature alique super terram animalium in dispo
sitionibus sue adherentes secundum quod sanitatem
quantitatibus equalibus secundum numerum inpregnatione et
augmento et complemento et statione ultima et
declinatione et morte secundum quod convenit uni
cuique animalium. Certificabitur apud te quod dies crisis
qui sunt adherentes numero determinato. Sed quia or
dine corrumpuntur illius numeri. et extrahunt ipsum
a via sua cause que sunt extra naturam secundum situ
quem ad dixi antequam veneris ad experiendum inve
nies septimanas ex fortioribus numeris in crisi
et invenies post eas medietates ebdomadarum.
Medietas autem ebdomade sunt iiii. dies. Si
provocat te quidem ad inquirendum de diebus
qui cadunt inter dies crisis. sicut in v. vi. ix.
propter quam causam fit quod crisis cadit in eis. et pro
vocat te etiam ad examinandum et inquirendum in inqui
sitione forti plus quam de hoc de die xvii. et xviii.
et xx. et xxi. et in omnibus diebus qui sunt post eos secundum
quod si .xiiii. dies septima est .iiii. est dies .xx. sicut vi
sum est ypocrati. tunc oportet ut sit dies xvii.
indicativus xx. et egrediatur dies xviii. et dies
xxi. a numero dierum crisis. Propinquius autem oportet
ut ebdomadarum omnium inveniuntur dies. Et dies
xviii. fit indicativus xxi. et excluduntur dies
xvii. et xx. ex numero dierum crisis. Oportet autem in pri
mis ut enarrem qualiter inveniatur hoc ex
perimento. deinde perveniam ad rationem. Sed exteme
moratio nostra de eo quod invenitur per experimen
tum fit ex eis que dixit ypocrates. Et incipiamus
ab eo quod dixit in tractatu primo epidimiarum
dixit enim in eo quod accidit de egritudinibus in mutacione
aeris secundum sermonem quem ego narro in libro suo. Et est
quod dixit quod febres incentive numquam accide
runt in illa hora. et post illarum super eos quibus

al' eam

accidenrunt fuerunt minus quam reliquarum egritudinum.
Quod est quia non curret sanguis ex illis quibus
evenit hec febris nisi paucis aut paucissimis
eorum quibus accidit hoc et non prima ex eo fuerunt conversiones.
Et fuit esse eorum in reliquis dispositionibus et
ipsorum facile. et advenit pluribus eorum crisis in hora
determinata in die xvii. diebus dimissionis dicit
ypocrates. Ypocrates in postremo cum dixerat infirmos qui
infirmati sunt in mutacione aeris tercia dixit infirmos
quibus advenit crisis in xvii. studio vehemen
tiori quam illud. Dixit enim res quidem ex quibus cri
sis significatur sive res sint similes sive dissi
miles sunt sicut ego narro tibi hic. Quod
duorum fratrum egritudo incepit in hora una. et
iacebant prope locum ubi fiebant ludi et ipsi erant
fratres arbigenis. et advenit maiori ipsorum in
die vi. et redit super utrosque hora una postquam
dimiserat eos v. diebus. deinde post reditionem
eius advenit eis crisis ad complementum xvii. dierum.
congregantur omnes dies ab initio egritudinis
Sed forte tibi necesse est ut dicas quod hoc
non meretur ad hunc recipiatur. neque necesse
est ut abscindatur quod dies vii. sit dies crisis
propterea quod aliquando crisis fit in eo. Sed cogita quod
ypocrates dixit post hoc et est sermo iste. Et pluribus
horum infirmorum advenit crisis in die vi. et dimi
sit eos febris vi. diebus. deinde advenit crisis in
die v. a reditione febris. Sed manifestum est quod ex hoc
sermone ut recipias quod diximus. cum ipse iam et
narravit in rememoratione eorum qui infirmati fu
erunt in mutatione aeris secunda quod crisis advenit
pluribus eorum in die xvii. Et dixit in libro eorum qui
infirmati sunt in mutatione aeris iii. cum duobus
fratribus infirmos multos. et dixit quod advenerat
eis crisis in primis in vi. et deinde dimisit eos fe
bris vi. diebus. deinde advenit eis crisis in die v.
scilicet die xvii. a principio egritudinis. Et dixit iterum post
illos quod advenit eis crisis in vii. et dimisit
eos febris in vii. diebus. deinde redit eis postea
advenit eis crisis in die tercio a reditione scilicet com
plementi xvii. dierum. Computavit dies universa
liter. Sed deinde dixit postea quod illos quibus advenit
crisis in v. et dimisit eos febris vii. diebus.
deinde redit ad eos et permansit super eos tribus di
ebus. deinde dimisit eos die uno et redit ad
eos die altero. deinde advenit eis crisis. Sed mani
festum est quod quod istis advenit crisis ad com
plementum xvii. dierum quando computavimus dies omnes
universaliter. Et dixit iterum in aliis quod advenit
eis crisis in die vi. deinde dimisit eos febris
postea redit ad eos et morata est tribus diebus
postea dimisit eos die uno. et redit ad eos
die altero. et est xvii. in quo advenit eis cri
sis. Sed dixit iterum aliis quibus advenit crisis in
vii. et dimisit eos febris vii. diebus. deinde redi
it ad eos. postea advenit eis crisis in die iiii. a
reditione febris. Sed illud quidem ad complementum

Marginalia (right margin): z — cu — ne — crisis in al' non eorum crisis in die vii. — radi antigenis febres — cris — al' in vii. — al' quib. febris — vel complemento — vi diebus. — die

diei .xvii. est fortior. Certificatur [?] ... dierum duobus modis. Ex experimento ipsius et ex ser-
monis aliorum dierum proportionalium ei super [?]
Quia si inveneris in ordine dierum proport[ionalium]

al' sermone magno

ad

medici
al' dies

al' alia

crisis

Ex verbis hic positis relinquitur quod non habentur de libro epydimiarum nisi secundum quod tacuerunt [?] istis testimoniis omnibus quos dicit galienus esse in primo libro epydimiarum.

medici
al' apta

item

al' in .vii. vel quarta
hore

est

al' in .xiiii.

al' dicit illos quibus advenit rigor in die .xx. et advenit eis crisis in die .xxi. vel .xl.

.xvii. dierum quoniam computavimus omnes dies univer-
saliter, et non fuit contentus hoc sermone toto
ad hoc ut ostenderet tibi ostensione magna
virtutis diei .xvii. super crisim. Sed sequitur illa
ita dicens: Ego non scio aliquem eorum quibus
hunc modum evasisset ab egritudine sua egritudine
redeunte. Iam ergo manifestum est quod crisis fit
multociens in die .xvii. et non hoc tantum. Sed crisis
que fit in eo est certa et hoc non est ergo ex diebus
crisis qui cadunt inter dies qui sunt secundum com-
putationem certam dierum crisis. Sed est ex diebus
qui sunt intrantes in computatione certa.
Cum ergo sit ex istis diebus tunc oportet quod
inter ipsum et inter .xiiii. sit proportio aliqua. Si ergo
nos computavimus septimanam terciam conti-
nuam cum secunda, ita ut sit principium dies .xiiii. et
medium eius in die .xvii. erit prior certius. Sed si
nos computavimus septimanam iii. divisam
singularem ab ea ita ut sit dies .xiiii. ultimus
dies septimane secunde et sit principium septima-
ne tercie ex die .xv. non .xvii. dies medius
septimane tercie. Sed dies .xviii. Si igitur hoc est ita
tunc postremus dies septimane tercie fit dies
vicesimus primus. Et similiter si posuerimus diem .xvii.
diem medium septimane tercie fiet postremus
dies ille septimane dies .xx. Quapropter visum
est ypo. ut experiretur diem .xx. experimento. Si
autem expertus fuit diem .xvii. quoniam si invenerit
vicesimum diem crisis testificabitur testimo-
nio vehementi super diem .xvii. Et si extra aperuerit
cum de numero dierum crisis aut minuerit ex eis di-
em .xxi. cadet in dubitatione magna. Quod
est quia non intelligit quod dies .xvii. sit fortior
.xviii. et sit dies .xx. debilior .xxi. Supra illud
post illud quod dixit in die .xvii. in tractatu pri-
mi libri epidimiarum dixit in die .xx. hunc
sermonem. Illis autem ad quorum aures cucurrit
superfluitas advenit crisis in die .xx. deinde
descendit in omnibus eis et non apparata est
et declinavit ad vesicam. Et hic quidem sermo est
sufficiens. Et dixit post ipsum sermonem alium
et hic est: Illos autem quibus advenit crisis in
die .vii. et dimisit eos febris .vi. diebus
deinde rediit ad eos, deinde advenit eis crisis
in die .vi. a principio hore reditionis. Et mani-
festum est quod summa dierum omnium est .xx. Deinde
dixit postea: Illos quibus advenit crisis in
.vii. et dimisit febris .vi. diebus deinde rediit
ad eos postea fuit crisis eorum in .vii. Summa
ergo horum dierum omnium .xx. Deinde postquam pro-
cessit in sermone parumper dixit: Et ex eis quidam
fuerunt quibus advenit crisis in die .xi. et redi-
it ad eos febris in .xiiii. et advenit eis crisis
completa in die .xx. Deinde sequitur illud et
dicit: Illos quibus advenit crisis in die .xx.
deinde advenit eis crisis in die .xl. Et ego non
existimo de te quin iam appareat tibi in hoc prudencia

vir et sapiencia eius in hac sciencia. Quod est quia
ipse scivit quod si numeraveris diem .xvii. cum diebus
crisis fortibus quorum alii super alios addunt aut
.iiii. aut .vii. tunc cogeris ad hoc ut numeres ex
eis diem .xx. et diem .xl. et si tu numeraveris diem .xl. [?]
ex diebus fortibus crisis tunc necesse est tibi ut nu-
meres cum eo diem .xiiii. et diem .xx. Medici autem
non dissentiunt in diebus crisis qui pervenerunt
usque ad .xiiii. Sed dissentiunt in omnibus diebus
qui sunt post ipsum. Quoniam ipsi non intendunt in-
tentione experimenti. Sed faciunt currere rem secundum regulam [?]
et computant quia oportet ut computentur septi-
manas integras. Propter hoc ergo connumerant diem
.xxi. ex diebus crisis fortibus. Deinde coguntur
propter hoc ut numerent ex eis cum .xviii. et .xlii. dies
autem .xlii. qui indicativus .xxi. et dies qui est .xlii.
et est sicut postremus dies septimane .vi. Et secundum
hunc modum est experiencia dierum crisis facilior.
Quod est quia declaratum quod ordo dierum proportiona-
lium diei .xvii. fit crisim multociens et fuit
crisis que apparet in eis certa et completa. Tunc
ordo dierum proportionalium diei .xvii. erit debili-
or. Quia ergo intellexit ypo. hoc comparavit omnes
dies qui sunt ex uno duorum ordinum cum omnibus
diebus qui sunt ex ordine altero, scilicet .xvii. diem
et est primus dies in quo cadat diversitas cum die
.xviii. et diem .xx. cum die .xxi. et diem .xxiiii.
cum die .xxv. et diem .xxvii. cum cum die .xxviii.
et diem .xxxi. cum die .xxxii. et diem .xxxiiii.
cum die .xxxv. et diem .xl. cum die .xlii. Et ipse quidem
enunciavit in libro epidimiarum cum duorum ordinum in-
testificatur per experimentum in sermone quem na-
ravit et in aliis. Et cum ipse rememoratus fecit
de illis qui infirmati fuerunt in mutatione aeris tercia
dixit sermonem hunc: Et pluribus istorum advenit
crisis in die .xvii. Et ex eis fuerunt aliqui quibus ad-
venit crisis in die .xx. Deinde retulit infirmos
nominibus suis postquam dixit infirmos qui infir-
mati sunt in mutationibus prima, secunda et tercia aeris.
Dixit ergo in tercio cum nomen erat orion quod crisis
advenit ei in die .xvii. Et dixit in .iiii. et est
mulier filium quod mortua est in die .xx. Deinde
dixit hanc mulierem post ascarides. Et dixit in
fine narrationis sue hunc sermonem: In die
.xl. vomuit coleram paucam et advenit ei
crisis perfecta. Et recessit ab ea febris in die .lxxx.
Deinde dixit post hec filii duitis [?] et est infirmus .vi. et
dixit in die narrationis sue hunc sermonem:
In die .lxxx. advenit ei rigor cui successit a-
cuta et sudavit sudore multo et apparuit in
urina sedimen rubeum leve et advenit ei crisis per-
fecta. Deinde dicit post illud fallumenes et est
infirmus .x. Dixit in eo quod crisis advenit
ei in .xl. die et dies .xl. est ex ordine diei .xvii.
et similiter dies .lxxx. Sed si esset computatio dierum crisis
secundum septimanas integras oporteret ne dies .xl.
esset dies crisis sed dies .xlii. Et similiter oporteret

dies c̄tis. n̄ dies. lxxx.

ut inueniretur dies lxxxiiii. Iam ergo manifestum
ē quod ordo dierum proportionalium diei. xvii. ē
fortior altero nō propterea quod dixit quod uidit
multos infirmos quibus aduenit crisis ī eo.
tm̄. Sed propterea quod nō dixit ī die. xviii. neque
diem. xxi. neque. xxv. neque xxviii. neque. xxxi.
neque. xxxv. neque die. xlii. neque. lxiii. neque die lxxxiiii.
Sed ē quod propterea quod fuerunt in hoc anno multi infir
morum quorundam quorum dixit unumquemque suo nomine
et quorundam eorum dimisit rememorationem. In ui
namque mutatione aeris quas dixit. n̄ inueni
eum omnino in aliquo dierum quos diximus fuisse
crisim significantem superfluitatem fortitudinis
manifestam ordini dierum aliorum. Secundum ergo non
inueniam in diebus illius ordinis crisim mul
tiplicem fuisse et fuisse cum illo perfectam bonam
et saluam. Inueniam ipsum nō dixisse in toto
primo tractatu epy. euenisse crisim tm̄ ne
dum quod fuit salua completa bona. et nō ē su
perfluitas fortitudinis illius ordinis super
istum per pauca. oportet autem ut consideremus
in tractatu primo epy. ubi dicit hec et dicit
in tractatu tertio diuisum eius an sermo eius
initio sit conueniens sermoni eius in primo.
Inuenimus autem ipsum cum rememoratione eorum
fecit qui infirmati fuerunt in mutatione aeris
secunda. aggrasse in eis sermonem uniuersaliter et
et dixit quod omnium qui saluati sunt ex eis
crisis fuit in lxxx. Ex eis autem quorum unum
quemque suo nomine retulit fuit cui dixit
aduenisse crisim in die. xl. et quorundam istorum
nō fuit crisis debilis neque n̄ indicata sicut
infirmi tertii ex eis quos dixit in principio tr
tatus tertii. Et est iacens qui fuit in muscali
bridis. Ipse namque quod assellauit in die. xl. as
sellationem flaticam albam multam. et suda
uit sudore multo in corpore suo toto. et adue
nit ei crisis completa. et dixit in quibusdam
eorum quod egritudo prolongata ē cum eis. tempore lon
go. deinde aduenit eis secundum hanc similitudinem
crisis in aliquo dierum crisis qui fuit cum du
platione diei. xx. sicut unus infirmorum quos
ipse dixit in mutatione aeris secunda. et est abulcal.
de quo dixit quod aduenit eis crisis completa
in die. c. xx. et dixit iterum quosdam quibus ad
uenit crisis in die. xxiiii. et in die. xxvii. et
xxxiiii. et fuit crisis bona certa perfecta in die
quidem. xxiiii. aduenit urina multa alba in
qua fuit sedimentum multum et sudauit sudore mul
to calido in corpore suo toto. et recessit ab eo
febris. In die. xxvii. fuit puelle uirginis que
infirmata est in andera de qua iterum dixit quod
sudauit sudore multo deinde recessit ab ea fe
bris perfecte. et est infirmus. vii. postquam rememo
ratus est de mutatione aeris secunde. Die autem
xxxiiii. fuit infirmus. viii. ex eis quos dixit
in illa mutatione cui nomen anchilos de quo dixit

quod sudauit sudore cum corpori suo toti. et
recessit ab eo febris perfecte. et certificata ē crisis
eius. Et nō inuenimus eum dixisse infirmum ali
quem cui aduenit crisis in aliquo qui sunt
ordinis altius. neque ex infirmis quos dixit
in hoc tractatu. neque ex infirmis quos dixit
in aliis libris suis. Sed dixit quod mulier de lk.
mortua fuit in die. xxi. et nō dixit quod ali
quis euaserit in aliquo dierum proportionalium di
ei. xviii. sicut dictum est ante crisis secundum in
tentionem. Verum ipse nō dixit quod aliquis mor
tuus fuit sicut dixi in aliquo dierum illorum
nedum quod euaserit nisi mulier de lk. In diebus
autem ordinis altius euaserunt infirmi mul
ti. et mortui sunt infirmi quorum numerus fuit
paucus. Iam fuit quod mulier que peperit in
ceteris hiis iuuentie duo mortua fuit in die
xvii. et quod adolescens qui infirmatus in ule
nu. qui fuit ultimus quem dixit ex infirmis.
mortuus est in. xiiii. et quod infirmus tertius
a primo quem dixit cui nomen erat exinectes
mortuus est in die. xxvii. et quod apolonius qui
infirmatus est in andrie est iiii. ab eo quem dixit
in mutatione aeris. mortuus est in die. v
xxxi. et sicut uidit ypo. infirmos multos mo
ri in. vii. et in die. xx. ex infirmis quos ipse
dixit in hoc tractatu propterea quod in diebus
quorum uirtus est fortis cum hoc quod plures
euaserunt mortuus est ex eis unus post ali
um similiter in unoquoque dierum quos dixit e
uasisse multos et mortuos fuisse in eo unum
et unum. Iam est quod dixit quod infirmus secundus
illius mutationis mortuus ē in. lxxx. et quod
infirmus primus mortuus est in die. xx. et quod
infirmus quem dixit ante quam rememora
retur mutationis mortuus est in die. xiiii.
et quod tres infirmi quos dixit ante ipsum
mortui sunt in die. vii. et in quidem nō est
necessarium prolongare. Sed dico uniuersaliter quod
nō inueni eum dicere in tractatu primo lib.
epy. neque initio aliquem omnino qui mortuus
est aut euaserit in aliquo dierum proportiona
lium diei. xviii. Sed eis omnibus aduenit cri
sis in diebus crisis super quos conuenerunt omnes
medici quod ipsi sunt dies. crisis. et sunt illi secundum
unum. et xvii. de illis autem qui pertransierunt.
xvii. dixit quod unus eorum iterum mortuus est
in die. xxi. et nos quidem contenti sumus hoc ad
ostendendum per ipsum quod ypo. nō tribuit uel n̄
facit nomen diei. xvii. quod est creticus. et deinu
dat diem. xxi. primum uirtute super crisim tertie
sophystica. Sed postquam ipse inuenit hoc expe
rimento. inquisiuit de causa eius per rationem
Sequitur tractatum secundum. iiii. iterum et vi. dicit quidam
pertinere ypo. et quidam attribuit eos tessalo fi
lio eius. tunc ego dicam parum ex multis
eorum que ipse dixit in eis. Inuenimus enim eum in

fuit ī firm. x. ex īfirmis quos dix ī mutatōe
aeris sa. et dix ī eo huc s̄mōē et die xxiiii.

dier

dicit ad mors

secundam

al' ī colis

ē

al' xxiiii.

fa

al' utep | ī dit

al' fuit

qui

al' salum

al' iiii. | lib epydim

al' theofilo

tractatu secundo dixisse crisim fuisse in die .xx.
et in die .xl. et inuenimus eum in tractatu quarto di-
xisse egritudines fortis acuitatis quarum pau-
ciores peruenerunt ad diem .xx. et non pertransiuit
aliqua illarum egritudinum .xx. nisi una. ipsa enim perue-
nit ad .xxiiii. Iam enim manifestum est iterum quia in hoc
tractatu fecit necessarium esse crisis .xx. diei et diei
.xxiiii. et non facit esse necessariam aliquam dierum
qui sunt alterius ordinis. Et inuenimus eum
in tractatu .vi. huius libri quando illi quos
dixit ex infirmis in eo pauci fuerunt nisi .i. et
non dixit multas ex mutationibus aeris non dixis-
se aliquem cui aduenerit crisis in aliquo di-
erum qui sunt ordinis alterius. Et si oportuerit
ut rememorarem tractatum .v. epydimiarum huius
fuit. Illam ipse dixit in hoc tractatu .v. infirmos
nulli quorum aduenit crisis neque in die .xvii.
neque in die .xxi. tamen in alio ab istis diebus ex di-
ebus qui sunt ordinis sui. Quidam autem me-
dicorum dimittunt quod apparet visibus et faciunt
sequi computationem septimanarum secundum complementum
quando inuenerunt hoc facilius super se et fortasse
ipsi cum uiderunt infirmum unum aut duos
quibus accidit crisis in die .xxi. quia certificant
per illud quod ipsi putant. Iam autem ostendi in
tractatu primo huius libri quod quando crisis continua-
tur diebus continuis est necessaria in ea determina-
tio uehemens donec sciatur quis illorum dierum
sit dignior ea. Nam quando prolongantur egritu-
dines sedatur et quiescit uehementia perturba-
tionis et motus in crisi earum et uelocitas muta-
tionis earum. Et multociens quidem continuatur
crisis duobus diebus et tribus quia possibile est ut tribu-
at crisim cui uult aliquis illorum dierum. Et multi
autem medicorum non computant quotus sit dies
infirmo a principio egritudinis sue quando pertransit .x
.xiiii. precipue si dimiserit febris eum aliquot
diebus. deinde redierit ad eum. Et quidam ipsorum quam-
uis computent dies tamen ipsi propter continuationem
crisis diebus continuis tribuunt cui diei uo-
lunt sine discretione et sine meditatione. Et
propter hanc causam incepit ypo. dicere cum rememor-
ationem faceret quorundam infirmorum. Quod
aduenit eis crisis in die .vii. aut in .xi. aut
in .xiiii. Et in rememoratione quorundam quod
crisis aduenit ei circa diem .xx. aut circa .xl.
aut circa diem alium. sicut dixit in mutatione pa
et secunda ex mutationibus aeris in tractatu primo
libri epy. Et dixit enim in tractatu primo hunc sermo-
nem. et qui ex istis infirmis fuit leuis egritudinis
crisis eius fuit circa .xx. et plurimis eorum crisis
circa .xl. et multis eorum aduenit crisis circa
.lxxx. diem. Et dixit iterum in mutatione aeris se-
cunda paucis ex infirmis qui fuerunt longioris
egritudinis aduenit crisis circa .lxxx. Deinde
dixit in mutatione aeris tertia hunc sermonem.
Incepit currere ex eis sanguis paucis circa

consumptio — aut l

.xx. et fuit sanguis eorum et solutio exiturarum
que exierunt in die crisis ex eis et tantiplex fuit
fortimulis quieuit egritudo. et aduenit ei crisis
Capitulum 3m
completa circa .xl. Et ego quidem non fui rememo-
ratus horum sermonum a principio sermonis mei
nisi propter illud quod attuli de disceptione ex trac-
tatu primo epy. quoniam uisum est michi melius ut
nuncuparem in primis omnes dies in quibus aduenit
crisis qui sunt uere. Et non est mecum dubitatio.
propter hanc causam non dixit in aliquo librorum suorum
omnino quod alicui aduenerit crisis circa .vii. aut
circa .v. aut circa .ix. sed absolute sermonem et di-
xit in .vii. aut in .ix. aut in .v. Et quod est quia in
istis diebus fit crisis subito et quanto plus per-
transit hos dies et prolongatur quiescit et alle-
uiatur perturbatio que fit in ea a mutatione
omnino. et fit euacuatio paulatim et continua-
tur duobus diebus aut tribus. Et sicut plurimarum
egritudinum que prolongantur non fit solum per eua-
cuationem sed per exituram aut per digestionem que
fit paulatim. Similiter quando accidit in eis e-
uacuatio manifesta aut exitura non completur
in die uno. Et propter hoc in quantum existimo dixe-
runt quidam medicorum quod in egritudinibus
que prolongantur et antiquantur non fit crisis.
Quod est quia ipsi non nominant omnem solutionem
que fit omni egritudini crisim. Verum ipsi non
nominant hoc nomine nisi solutionem que fit subi-
to aut permutationem que fit ante eam. Et nos
quidem inuenimus multos medicorum non inten-
dere per nomen crisis intentionem significationis
unius semper. Sed ipsi nominant solutionem egritudinis
secundum quascumque partes sit crisim. Et quod est possibile ut
scias ex libris ypo. et aliorum antiquis sicut ex illis
est diocles qui nominant diem permutationis egritudinis
diem crisis. Sic igitur autem per illud significatione
manifesta quia non intendit per crisim in hoc loco
aliquid nisi solutionem egritudinis. Et tibi quidem possibile est
ut scias illud ex ipso sermone suo et est iste.
In febre leuiore que non digerit ex corpore mate-
riam quam facit eius substantia deinde euacuatur aliquo
modo euacuationis. et non digeritur et mittitur
per eam corpus non egreditur subito omnino
sed alteratur in periodis temporis determinati. Fit cri-
sis die et nocte. Quod est quia causa eius soluitur in
paucioribus horis propterea quod materia in aliqua earum
resoluitur propter illud quod accidit ei de caliditate
et remanet et generatur in aliqua earum ex ipsa sa-
nies. et quando generatur ex ea sanguis aut lac
aut caro. Et ad summum pulmo eius qui mouetur
in corpore et alteratur aliquo motorum. Hec est digestio
hora ypo. autem non semel neque bis sed multo-
ciens in tractatu primo epy. et in secundo nominauit so-
lutionem egritudinis crisim. et non processit eam
euacuatio manifesta aut exitura apparens.
Verum non oportet ut existimemus propter hoc quod crisis
egritudinum cronicarum non fiat per euacuationem

ca | sit

quod uideret

duobus

hoc

tum

fuit

meli

al' leuioris

eis
apparentem neque quod crisis insit necessario ut con
tinuetur diebus continuus. Dixit enim ypocras in tracta
tu tercio epidimiarum. infirmum cui advenit crisis in
die lxxx. accidit ei ante eam rigor cui suc
cessit febris acuta et sudavit sudore multo.
Rigor iam narravi sermonem illius in illo autem
cum narravi narrationem fellicitatis quem dixit
in tractatu iii. epydimiarum et est infirmus vi. Et nos
quidem invenimus infirmos alios plures eis
quos diximus in hoc tractatu extra eos quos non
diximus quibus advenit in egritudinibus cronicis
crisis per evacuationem die uno. Sic ergo necesse est ut et
ut cogites ex istis egritudinibus predictis. Si igitur ei
tibi significatione manifesta certa ordines virtutum
dierum crisis. Quod est quia cum fellicitati huic
advenerit in die lxxx. rigor et febricitaverit
febre acuta et sudaverit et completa fuit
ei crisis, tunc manifestum est quod virtus di
ei xx. est fortis quoniam octuagesimus non fuit nisi
per duplicationem xx. et sibi xl. et lx. et cxx. Et
invenimus infirmos alios preter istos quibus
advenit crisis post xiiii. per evacuationem
extra eos quos dixit in libro epydimiarum. Et nos quos
iam diximus quosdam eorum in sermone nostro
isto ad detegendum errorem eius qui putavit
quod non fit crisis subito post xiiii. dierum ad
ostendendos ordines virtutum crisis dierum. Sanitas
tas quidem est illud quod diximus perturbatio
et pugna que fit cum solutione egritudinis minuitur
paulatim quanto plus prolongatur egritu
do. Sermo autem eius qui dixit quod non fit omnino
in egritudinibus cronicis mutatio velox
in die uno non est conveniens. Quod est quia
quando accidit in principio post rigor malitio
sus qui non accidit ante illud. deinde succes
sit ei febris malitiosa acuta deinde venit
post ea sudor multus quo eradicabatur febris
eradicatione certa. Si dixit aliquis quod non est
crisis tunc manifestum est quod hoc non est ex eo
nisi pertinacia et disceptatio secundum consuetudinem autem
mea non est ut resistam auctoribus pertinacie
et disceptationis sermonis sermone prolixo.
Et oportet ut scias illud quod consideravimus
et vidimus in infirmis multis et invenimus
tamen in infirmis quos dixit ypocras et est quod
solo subito non fit nisi in egritudinibus cronicis quando
remanent continue et non intersecantur. Sed quando
vides eas quasi iam sint solute deinde redeunt.
et multotiens accidit ut reditio fiat in die ob
sis. deinde currit secundum numerum dierum crisis postea
solvitur in die crisis alio. quia erit unaqueque
illarum egritudinum particularium in se acuta et
cum aggravantur et continuantur ad invicem
est aggregatum ex eis egritudo cronica. Et
fortasse est tamen divisio illarum egritudinum
in aliquo numero dierum crisis. Exempli gratia adveniat
infirmo die xi. crisis non completa deinde

redeat ad ipsum egritudo in die xiiii. postea ad
veniat ei crisis diminuta in die xxvii. et sit
egritudo illa acuta deinde adveniat ei crisis
in xl. die. Omnis autem qui vult scire istud
inest ut sciat ipsum quando considerat egritudinem
cum studio et cogitat de infirmorum quos dixit
ypocras. Et ego quidem ante ostendi ostensione
certa et manifesta experientia ypocratis quod dies
xvii. est fortior xviii. et x. et dies xx. fortior x
xi. Et si ego dicerem tibi quod expertus fu
erit sermo meus longior et non esset dignior ad
recipiendum. Quod est quia eligit ut consi
deret quod accidit infirmis et recipit quod dixit
ypocras. tunc non indiget ex eo quod expertus sum.
Qui autem putat quod studium sophistarum est cer
tior eo quod apparet visibiliter et non intendit
aliquid eorum quod dixit ypocras tunc ipse deri
det aliquid si narravimus ei ex eis que exper
tus sum nedum quod eo iuvetur. Inquisitor autem
veritatis cum dimittit puncta sophistarum et venit
super experientiam dum videt contingentes autem
mille infirmos. Tunc ego scio certa scientia quod
non iudicat super dies crisis aliquid nisi illud
quod iudicavit ypocras. Necessitas autem dierum
crisis duobus est modis et similiter est duobus naturalis.
Et propter hoc posuit ypocras doctrinam suam in eis secundum
duos modos. Quod est quia ipse in libro amphorismorum
et in libro pronosticorum rememoratus est dierum
crisis. quorum quidam addunt super quosdam
iiii. aut vii. In tractatu autem primo libri
epydimiarum non fuit contentus rememoratione illorum
dierum sed dixit cum eis dies qui cadunt inter eos.
Et ego enunciabo causam casus eorum inter eos pri
mum autem ostendam quod natura eorum et ne
cessitas que est ex eis sunt diverse a naturis
illorum dierum et a necessitate ipsorum. Illa autem eorum
propterea quod quando currit res secundum quod oportet
tunc crisis fit in periodis qui numerantur per iiii.
in primo sed quando accidit nocumentum permutatur
crisis ex istis diebus ad dies qui cadunt inter
eos. Necessitas vero de eis propterea quod periodus
qui computatur per iiii. sufficit in pronosticatione
crisis que erit in diebus. autem qui cadit inter
istos sequitur certitudo quando cadit in die ex eis a
incertitudo eius. Quod est quia postquam scimus
omnes res certificatur apud nos crisis que est
in ix. plusquam certificatur alia que fit in
vii. Et nos quidem indigemus scientia certitudinis
crisis et certitudinis eius ad mensurandum
cibum infirmis secundum quod oportet. Si iam si
iam certificata est crisis eius addimus in cibo
ipsius donec confortetur. et si non certificatur
custodimus eum. Sanatio vero in scientia quando erit
crisis necessaria est in bonitate mensurationis
cibi illius cui nondum advenit crisis. et loquar
in hoc in sequentibus. Totus autem hic sermo est
ex libro de ingenio sanitatis. Hic est initium

Capitulum x.

xx. diem reddat ad ipsum egritudo in die

vel iam

est

qui

alias que

modis eorum

alias diebus

crisis

alias illa

mea nisi ut enunciem quod sit uiuarium
dierum crisis et cui quantitate ad quam perducat
illud quod accidit in sermone. Sed est intentio mea
ut enunciem uirtute dierum crisis omnium secundum
quod sufficiat in hoc loco ut rememoremur
sermonis ypo. deinde incipiam in eo quod sequitur
illud in quo processit noster sermo. ypo. autem in
libro pronosticorum hunc protulit sermonem
Crisis febrium fit in diebus eisdem ex quorum
similibus euadunt quidam homines et moriuntur
quidam eorum. Quod est quia omnis febris et
salue in qua apparent signa salua crisis
fit in .iiii. aut ante ipsum. et omnis febris ma
liciosa in qua apparent signa mala interficit in .iiii. aut ante ipsum. et iste est primus pe
riodus eorum. et secundus peruenit in .vii. tercius in .xi.
quartus in .xiiii. quintus in .xvii. et sextus in .xx.
Additiones autem iste fiunt per quaternarium
usque ad .xx. in egritudinibus acutis. Sed impossibile est ut
computetur aliquis horum periodorum secundum compu
tationem dierum integrorum in quibus non est fractio
Sicut non est possibile ut computentur .vi. men
ses secundum computationem dierum integrorum in quibus
non sit fractio. Deinde post illud ordine post et
istas additiones primus periodus est .xxiiii.
et secundus peruenit usque ad .xl. et tercius in .lx. Iste
quidem est sermo ypocratis in libro pronosticorum. In
libro autem aphorismorum postquam dixit quod in acutis
egritudinibus uenit crisis in .xiiii. diebus. consecutus
est illud dicens hunc sermonem. Septimane
indicatiua .iiii. est et sequens septimana in
cipit a die .viii. et indicat eam .xi. quoniam hec est
dies quarta septimane alterius. et item .xvii.
dies est indicatiuus. Quod est quia ipse est quar
tus a .xiiii. et .vii. ab .xi. Manifestum itaque est ut libris
simul factum esse necessarium quod omnes periodi
crisis aut fiunt per septimanas aut per me
dietates septimanarum. Et ego quod dixi. Sed quando
dixi medietatem septimane dies .iii. Secundum termine
tatem autem primo libri epy. enumerat crisis omnis
secundum continuitatem. et iste sermo eius est in eo. Primus periodorum crisis qui sunt in paribus est
dies .iiii. deinde .vi. et .viii. et .x. et .xiiii. et .xxviii.
et .xx. et .xxiiii. et .xxxiiii. et .xxxviii. et .xl. et .lx. et
.lxxx. et .c.xx. Primus uero periodorum dierum qui
sunt in imparibus est dies .iii. deinde .v. postea
.vii. et .ix. et .xi. et .xvii. et .xxi. et .xxvii. et .xxxi. Sed
manifestum est quod ypo. aggrauit in hoc
sermone. et ita computat eos qui uult agere
in eius rememoratione. Multociens autem iam
ostendi quod ypo. scripsit librum epidimiarum
ante librum pronosticorum et aphorismorum. Sed quia non po
suit eum in rememoratione. propter illud quod dixit
in libro epy. omnes dies crisis. et dixit in
libro pronosticorum et libro aphorismorum dies quorum
uirtus est maior in crisi. et fit crisis in eis
motu nature absque attrahente et sine

impellente. et singulariter fecit eorum rememo
rationem. et non permiscuit cum eis alios. Et o
stendam post hec illud quod diximus quia fit
motu nature ex se ipsa. Isti dies in quibus fit ma
gna uiuaritia in pronosticatione status egritudinis
ante quam fit crisis quando erit crisis ostendunt
ostensione manifesta. propter quam causam non dixit
ypo. in omnibus libris suis rememoratione una.
Et non occultat item causam que perduxit medicos
post ypo. ad diuersitatem dierum crisis. Quod
est quia quidam eorum non intelligunt quod dies cri
sis duarum specierum. et eorum quidam non considerant
esse eorum. Sed asserunt esse totum secundum rationem. Et qui
dam eorum conantur experienciam eorum per experimen
tum. Verum ipsi errauerunt uno duorum mo
dorum. scilicet aut non exposuerunt. et determinauerunt
et declarauerunt aliquid de esse eorum ante experimen
tum aut fuerunt festini in iudicio super eos.
Nos autem iam diximus quod oporteat exponere
et determinare ante experimentum. et quia non oportet
ut festinatio fiat precise super dies crisis cum
aliquo ante quam consideretur esse eorum in infir
mis tempore longo exquisite. Quod est quia cum
reliquis propter que fit difficilis experiencia di
erum crisis sunt species diuersitatis aeris. In mu
tatis multis ualde. Vidi enim semel in estate
una plusquam quadringentos infirmos qui
infirmati sunt egritudine acuta. et aduenit eis cri
sis omnibus in .vii. uel in .ix. Et uidi estatem
aliam in qua fuit crisis omnibus qui infir
mati sunt in .xiiii. aut in .xx. aut in pluribus
eorum aduenit crisis post redditionem egritudinis
Et uidi in estate alia infirmos multos ex
quibus eicitur sanguis in .v. die. et aduenit
eis crisis perfecta in .vii. aut in .ix. Et uidi item
autumpnum in quo aduenit crisis omnibus infi
rmis die .xi. Secundum crisis in hoc autumpno
fuit crisis bona. In alio autem autumpno ad
uenit omnibus infirmis in eo crisis mala in
die .vi. Et in hoc quod multiplicatur rememora
tiones eis quibus uidetur quod non est differen
cia inter dies crisis omnino. Sed sunt equales.
Nos enim omnium egritudinum que accidunt in
estate aut autumpno ex mutatione aeris. ui
dimus multociens secundum crisim modo uno. et illud ma
nifestum est in eo quod dixit ypo. Et ille quidem
super quem non uincit tarditas cito uidet in qui
busdam horis fieri crisim in aliquo dierum cri
pluries et in hora alia fieri. in alio dierum crisis p
Sed non uidet crisim in aliqua horarum neque in
die .viii. neque .xii. neque .xvi. neque in aliquo alio
dierum istis similium. Iam quidem manifestum est quod soph
errauerunt in duabus rebus quibus digitum an
simul. et experimentum tercio. Quod est quia non nec
est experimentum non expectant donec expiam
Sed unusquisque eorum insanit secundum illud quod cu
rit per mentem suam. et non possunt inuenire cri

Vel sana

x

secundum huc

al' xxxiii

dies

pera pera

dies crisis omnes al' cum

ante librum
al' non posuit ypo nisi rememorationem

eorum que apparent visibiliter. Propter illud dixit
unus quod non est dies crisis nec crisis omnino. Et a-
lius dicit quod est dies crisis. Sed si sunt dies crisis
quibus crisis et dies crisis non oportet ut inveniam
nisi per rationem non per experimentum quamvis sint qui
dicunt se scire crisim et dies crisis experimento pau-
ciores illis. Et fortasse nos omnes pervenimus post
Abuicalim (?) et Diskernon (?) et Asclepiadem. Non
vocavit ad dicendum illud quod dicam nisi
invidia istorum hominum et divisitas super eos. Quia
vides nos vocasse Ypocratem ante eos. Ipse enim hos
dies probavit experimento et perscrutatus est etiam
eorum sicut significat liber epidimie usque quo dixit
illud quod dixit sanitates quas perscrutatus est. Qui venti
erant post ipsum hi sophiste dixerunt ergo divisitatem
super eos et non fuit diebus Ypocratis aliquis qui ince-
deret via istorum. Et non fuit finis ultimi alicuius
medicorum et eius prudencia nisi ad inveniendum
aliquid quo fiat iuvamentum in medicina.
Non intenderunt ad corrumpendum illud quod in-
ventum est et scitum secundum veritatem. Videmus autem
quod contenti sunt experimento ex medicis qui ipsi
sunt muniti omnibus auctoribus totius in medi-
cina querentes eorum casum et facientes suc-
cedere loca vituperationis eorum. Et tamen hoc ipsi non
inquirunt dies crisis nec crisim. Et ipsi ponunt
eos in uno reliquarum rerum que apparent visibili-
ter. Non quod sufficit insania sophistarum. Sed ego sum
rediens ad illud quod sequitur illud quod dixi a-
gregatim. Nam illud breviter quoniam omnia que dixi
ante dico ergo quod fortior dierum crisis est dies septimus
et indicativus eius est quartus. Quartus
autem aggregat duas proprietates quarum una est
quia est dies crisis quamvis sit in eo debilitas
et altera est quia est indicativus septimi. Deinde post
septimum est indicativus xi. et xiiii. Inter utrosque est de
proportionalitate illud quod est inter septimum et iiii. Et illud
inde post istos duos xvii. invenitur secundum pri-
mam proportionalitatem diei xx. hac proportiona-
litate que est inter vii. iiii. et inter xi. et xiiii.
et secundum minus xvii. diei xxi. Et isti dies sicut
dixit Ypocras additione iiii. pervenit ad xx. Et
cadit inter istos dies crisis in ix. et v. et iii.
Et in ix. quidem fit crisis plusquam fiat in eis
omnibus. Et post ipsum est v. et post ipsum tercius.
Et iam quidem dixi ante quod dies vi. est dies
crisis malefactivus (?) est debilior dierum crisis. Et
fortior dierum in quibus non fit crisis et est qui supe-
rat numerus in virtute sua inter duas species.
Vehementior quidem fit pugna in hora crisis
in eis qui sunt circa xiiii. Deinde minoratur
pugna in eis que sunt circa usque ad xx. Deinde
in ab illo usque ad xl. Nam fortitudo illius
pugne mollificatur. Deinde a xl. debilitatur
debilitate que est in fine ultimo. Proporcio-
nalitas (?) autem dierum crisis remanet semper secundum dis-
positionem unam. Sicut xiiii. est postremus septimane

secunde et primus tercie. Similiter xxviii. est ul-
timus septimane v. et initium vi. Ita ut sit
semper omnes tres septimane xx. dies. Propter illud
ergo accidit ut dies lx. sit dies crisis sicut dixi
ante non dies lxviii. Et similiter dies lxxx. et dies cxx.
Et sicut pugna que fit in hora crisis debilitatur
paulatim quanto plus transit tempus. Similiter dies
crisis debiles destruuntur ex eo. Et remanent dies
qui sunt secundum revolutionem integram ex revo-
lutionibus crisis secundum dispositionem suam semper
soli. Et simile est secundum quod invenit experimentum
quod periodus perfectus dierum crisis est periodus xx.
Et si computatio septimanarum curreret semper
secundum singularitatem sicut computantur due septi-
mane prime esset septimana ipse periodus primus
perfectus. Verum propterea quod septimana prima
et septimana tercia computatur cum secunda secundum con-
tinuitatem. Fit quod computatio non currit preter
xiiii. secundum rationem qua currit in primis. Et post
xx. non computatio currit secundum viam unam. Propterea
erit ergo dies xxxiiii. comparatus diei xiiii. Quod
est quia computatur ex duabus septimanis secundum
singularitatem et fit dies xl. comparatus diei
xx. Quod est quia pervenit in eo septimana ter-
cia computata secundum continuitatem. Et ad hoc inten-
dit Ypocras in libro pronosticorum ubi dixit postquam
dixit xx. postea post illum secundum hunc ordinem
et hanc additionem fit periodus dies xxxiiii. et est
in xl. die et tercius in lx. die. Et non dixit quod
dies xxxiiii. post xx. est primus nisi quod secundum or-
dinem et hanc additionem sit periodus dies xxxiiii.
Et tamen dixit quod dies xxxiiii. post xx. est
primus secundum quod ipse est periodus primus non
secundum quod ipse est dies crisis primus. Et si non esset
illud esset dies xxiiii. existens dies primus
ex diebus crisis post xx. Verum postquam explevit
rationem initiorum revolutionum iiii. et dictionem
septimanarum. Quasi voluit dicere post eas du-
os periodos qui remanserunt et sunt periodus
compositus ex duabus septimanis et periodus
compositus ex tribus septimanis. Verumtamen pe-
riodus compositus ex duabus septimanis non est
completus. Sed compositus ex tribus septimanis est
completus. Verumtamen cum nos inveniamus diem xl.
et lx. et lxxx. et cxx. non fit nisi ex duplicatione
diei xx. Et hoc quidem est signum periodi comple-
ti non aliud. Sicut quotiens duplicas ipsum non in-
digeas alio periodo. Hic autem periodus non est
ex periodis qui sunt ante xx. Quod est quia
periodus septimane quando duplicatur semper
egreditur ad diem xxi. et ad diem xxviii. et xxxv.
et xlii. Et si duplices istum periodum iiii. egre-
dietur ad viii. et xii. et xvi. et datur crisis fortis
istis diebus. Et iam ergo manifestum est quod periodus
iste non est completus. Sed est quasi ipse sit me-
dietas periodi. Quod est quia septimana divi-
ditur in duas medietates equales et divisio

Marginalia: septimane — primus quia periodus — enim — secundum computationem secundum singularitatem et septimana prima — vel quia primus — vel si esset — vel dictione — vel divisiones et revolutiones — periodi — vel prima

eius cadit in .iiii. et fit ultimum .iiii. priorum post
quatuor. Et forsitam aliquis putat quod
septimana est periodus perfectus. Quod est
quia non est dies .vii. existens principium sep
timane que est post ipsum quoniam si esset res ita
perueniret septimana secunda in die .xiii. non in
.xiiii. Verum propterea quod dies .xiiii. est ultimus
septimane secunde et propterea est necessario ne .vii. sit pe
riodus completus. Quod est quia duplicatur
semel et tollerat ut duplicetur secundo. deinde ipsa
non tollerat ut duplicetur tercio secundum quod sit necesse
quia due sunt septimane preter computatem secundum si
gularitatem ut dicatur quia septimana est periodus
completus. et oportet propterea quod septimana tercia
computetur secundum continuitatem ne dicatur quod
septimana sit periodus perfectus. tunc necessario est
aut cadere ex esse eius in hesitatione. aut ut
dicatur quod .vii. est periodus id est simplex et dicatur quod
periodus compositus ex .xx. est periodus com
pletus compositus. Et hic quidem sermo approximat
inquisitioni de die in quo peruenit crisis egri
tudinum acutarum quis horum dierum est. Quod est
quoniam ypocras propterea quod dixit in libro aphorismorum quod
in acutis egritudinibus uenit crisis in .xiiii.
diebus inuenerunt sophiste uiam insaniam longam
tibi autem possibile est absque illa insania ut perscrut
as crisim quando erit antequam sit et experiaris crisim
que fuit. Quod est quia si tu perceperis quod crisis egri
tudinis erit in die .xx. deinde posueris regimen in
firmi secundum hoc et iuuabis infirmum iuuamento
magno. Et tibi quidem inest res in nominatione
egritudinis. Nam si uolueris nominabis
eam acutam. et si uolueris nominabis eam cro
nicam cum non iuuet infirmum nec ipsi noceat
quocumque nomines eam. Pone ergo quod tu nomines et
illam egritudinem acutam deinde regis infir
mum regimine recto. In quo ergo leditur infir
mus aut iuuatur ex hoc. deinde pone quod tu et
nominabis eam egritudinem cronicam. et rexisti eum
illo regimine. Quomodo scis quod infirmus non iuuatur
per illud neque nocet ei. Sicut ergo sophiste in re
bus multis absque necessitate occupari fa
ciunt discentes per disceptationem in omnibus et
transeunt dies inuanum. Similiter est esse eorum
indeterminatio eorum quando determinant egritudines
cronicas et acutas. Et si ita est. tunc non opor
tet ut dicamus quod egritudines omnes duarum
sunt specierum. Sed oportet ut dicamus quia sunt
specierum multarum ualde. Cum nos inueniamus
quartanam prolongari multotiens usque ad numerum
multorum annorum. et soluitur in similiter illi numero di
erum quartana. et inueniemus egritudines mul
tas alias preter quartanam prolongari mensibus
multis. Sunt ergo species egritudinum preter tres.
Quod est quia ex egritudinibus quarum crisis fit
in diebus et ex eis sunt quarum crisis fit in mensi
bus. et ex eis sunt quarum crisis fit in annis.

Et deinde in illis speciebus preterea sunt alie species par
ticulares. Quod est quia in egritudinibus que
prolongantur mensibus. egritudo que soluitur
in duobus non similatur egritudini que soluitur
in .vii. mensibus. Et similiter quando est solutio egri
tudinis in numero annorum aut dierum sunt species
eius multe ualde. Quod est quia non similatur e
gritudo cuius solutio fit in die .iiii. egritudini cuius
solutio fit in die .xx. nec egritudo cuius solutio fit in
die .xx. est illi cuius solutio fit in .xl. Nam si tu inten
deris intentionem specierum egritudinum. ex ipsa natura eorum
inuenies egritudinum species per numerum periodorum di
erum crisis. Pone ergo naturam egritudinis que non per
transit .vii. et nam cuiusque earum uere absque natura
altius. et similiter nominabis unumquemque dierum istorum .xi.
scilicet et .xiiii. et .xvii. et .xx. et qui sunt post illum ex
diebus crisis. in quo proprie egritudinis fit crisis. Et
disciplina autem melius est ut comprehendatur
in terminis qui sunt istis maiores. ut non
multiplicatur. Et non oportet ut magnificetur
tur illi termini ualde. ita ut ponantur egri
tudines longinque abinuicem secundum continui
tatem. Et propterea illud non laudo neque illum qui com
prehendit omnes egritudines in duabus speciebus deinde
non diuidit duas species in species alias. neque qui
dicit quod numerus specierum egritudinis est sicut numerus perio
dorum crisis. Et ego narro tibi qualiter oportet
ut sit melior disciplina. et magis conferens
ad id quo indigetur in medicina. Si eligit a
liquis sophistarum ut curam habeat de medicina cum
studio. et dimittat illam sedere super quam sedi
quia res magnus. deinde consumit dies ad hole
stenacium inuanum. tunc illa intencio significet ei
illud quo indiget. Et super hanc uiam peruenit
ypocras ad bonitatem interpretationis in hoc
capitulo quoniam intendit intentionem opinionum
ipsarum. Quare significauerunt quali oportet
ut interpretetur de illis. Et dixit ergo in loco isto ser
monem quando egritudo est acuta ualde tunc
dolores qui sunt in fine ultimo sunt in ea
hora propinqua. et oportet ut amministretur in ea
regimen quod in ultimo subtilitatis. Et dixit in
loco alio hunc sermonem. In acutis egritudinibus
uenit crisis in .xiiii. Et dixit iterum in loco alio
et iste additiones sunt secundum .iiii. usque ad .xx.
Et dixit iterum in loco alio. oportet ut scias quod
bonitati hanelitus est significatio super euasionem
eius uirtus magna ualde in omnibus egritudinibus a
cutis que sunt cum febre et quarum crisis fit
.xl. diebus. Et dixit iterum diem .lx. et .lxxx. et .c. die
.cxx. deinde dimisit dicere hoc cum dixit egritudines
estiuas consumi in yeme. et yemales consumi
in estate. Et dixit in loco alio multas ex in
firmitatibus infantium in quibus uenit crisis
earum in .xl. diebus. et earum in .vii. mensibus. et ea
rum in .vii. annis. et earum quando appropinquant pu

Ca. .vi.

bertati. Omnes ergo iste species confert iuuamento

sufficienti in expo discipline. et in eo quod est necessarium de esse egritudinis. Quod est quia regiminis innuacr hec est alia. et scias hoc si ego narravero tibi in omnibus istis egritudinibus infirmum unum ut sit tibi exemplum ergo qui iam adholescens fortis infirmatus fuit infirmitate cuius crisis erat in .iiii. diebus primis. apud istum igitur infirmum esto memor dicti ypo. in libro aphor. quia quando egritudo est acuta valde tunc dolores qui sunt in fine ultimo in ea sunt hora propinqua. et oportet ut administret in ea regimen quod est in ultimo subtilitatis. et non cibes infirmum cum aliquo omnino. et prohibe ipsum a potu aque mell. et a bono potu. et precipe ei ut abstineat a potu aque quantum possibile est. deinde pone quod crisis huius adholescentis erit in .vii. tunc igitur muta regimen quod ante narravi parum. et da ei in potu aut ydromel. aut aliud ex sibi similibus de illis que convenerint nature egritudinis. sicut docuit te ypo. et inquire cum hoc. scies illud quod narro tibi. et quiddam eius invenies ex signis tibi significantibus illud. et quiddam scies cum de eo interrogaveris infirmum. scilicet an scias ei sit fortis et sufferat ut moretur diu sine cibo. an festinet ad ipsum nocumentum apud illud. et debilitetur velociter. et inquire de dispositione viri quomodo est. et quiddam illius scies ex signis que narravi tibi in libro complexionum. et quiddam eius cum interrogaveris infirmum de eo enuntiabit tibi. ex hominibus enim est cuius corpus valde velociter resolvitur resolutione que non est possibile ei propter illud ut moretur hora longa sine cibo quamvis sit ante illud fortis tollerans. Si igitur senseris vel scieveris aliquid horum per hoc quod interrogas infirmum de dispositione sua aut per significationem ex re super illud. et sciveris quod corpus infirmi resolvitur. et accidit ei in stomaco suo nocumentum quando vacuus est. tunc da ei de aqua ordei postquam pertransierit fuerit colaturam quartum dic. Item per naturam. et esto memor apud hec sermonis ypo. quia non oportet nisi ut sit cum quantitate qua perveniat ad corpus aliquid nutrimenti. et non evacuentur vasa valde. Cum igitur fuerint dies .vii. tunc cave ne cibes eum. et ante eum .vii. poterimus minue de quantitate qua cibas eum. ante ypo. ei docuit te exquisite hoc in libro de regimine acutarum. Quod si tu expectas crisim in .x. aut in .xiiii. tunc non timeas ex nocumento quod accidit ei in stomaco suo quando evacuatur. neque corporis sui per velocitatem evacuationis. scilicet quod sit infirmum cum hoc quod est adholescens fortis fuit constitutionis que ipse tollerabit ut perveniat diu sine cibo. aut utens corpus eius non est ex corporibus que resolvuntur velociter. neque egritudo eius fuit ex egritudinibus que indigent secaniabim aut ydromelle. tunc possibile est tibi ut prohibeas eum a cibo. usque ad diem .vii. Si autem expectas in eis post .vii. usque ad .xi. aut .xiiii. tunc non est possibile ut dimittas eum sine cibo. neque ut cibes eum sirupo solo. Et ratio est quod diversitas in regimine egritudinum parvarum cum illud sit ita tunc diversitas egritudinum item non est parva. Si noia quod egritudinem que pervenit ad .vii. acutam valde. et egritudinem que pertransit .vii. acutam secundum modum absoluto. Et esto memor diversitatis que est in egritudine acuta valde. et est quia alia est que secundum investigatorem et veritatem. et est illa que solvitur in .iiii. et est alia que est absque perscrutatione. et est illa que pervenit ad .vii. et similiter est item egritudo acuta illa que ex ea noiatur secundum transumptionem hoc nomine. et est illa que pervenit ad .xx. et ipsa est que pertinet ad acutam. Amplius est post hanc genus aliud egritudinum quod noiatur acutum accidens ex recidivatione. et non oportet ut noietur hoc nomine nisi quando quando est crisis diminuta in aliqua egritudinum acutarum in die .xx. aut in eo quod est ante ipsum. et frangitur virtus eius quod remanserit ex ea erit eius solo in die .xl. aut in eo quod est ante ipsum. Et egritudines alie incipiunt a principio suo cum motu gravi. et tardo deinde prolongantur usque ad .xl. dies post quod accidit eis in eo quod est inter illud mutatio subito. Iste quidem egritudines sunt duarum specierum. Quod est quia ex eis alia est in qua eradicatur febris apud declinationem paroxismorum eius eradicatione certa. et alia est in qua moratur febris semper. Que igitur ex eis est secundum hunc modum ipsa computatur in numero egritudinum acutarum. Illa autem alia res manifestum est quod ex egritudinibus cronicis. Archigenes autem meretur ut laudetur in rebus multis ex eis est hec in qua nos sumus. Iam enim declaravit ex ea studium eius. et ipsius prudentia super res medicine. et est quia ipse non noiavit egritudinem acutam. et non acutam. non secundum longitudinem eius tantum. sed secundum motum eius et secundum naturam. Quod est quia quando egritudo movetur motu gravi et tardo et febris radicatur in paroxismis eius radicatione certa. et prolongatur usque ad .xl. tunc non est aliquis ex eis qui ratione habet quod nominet eam acutam. Nam si solvitur hec egritudo ante .xl. diem ipse secundum dispositionem tunc est cronica. et nominavit et alias egritudines breves quia non oportet ut noientur acute. sed cronice. sicut febres lenes salue. Iste enim non sunt ex egritudinibus cronicis. et est illud est res manifesta et detecta. et sunt longinque ante egritudinum acutarum. et egritudo quidem acuta apud eum est illa que movetur motu veloci. et in ea est timor. et videtur quod in egritudinibus solo fit in quantitate vel natura temporis qui noiat eam quoniam acutam quoniam non acutam. et secundum hanc similitudinem noiant hanc acutam et illam cronicam. et non facit differentiam inter eas nisi per motum earum. Nam autem vidi multos infirmos cum quibus prolongatur febris et semper continua usque ad .xl. scilicet dico febrem continuam.

ita

meli al tarditi ex — hoc noie secundum investigatorem et veritatem. est illa que pervenit ad .xiiii. Et illa que vocatur

al nocumentum

est

tibi

et dixit

al consuetudinis

et

Nota quod eger potest stare usque ad .x. diem sine cibo.

tunc ego significo p ipam q2 no eradicatur
eradicatione certa. Cum g egritudo sit ita q
tibi inest ut nomines eam acutam non cronicam
non est ut nomines eam smone absoluto.
Quia g ultimus dies terminus solonis egri
tudinum acutarum aduenientium ex recidiuati
one est dies .xl. et sunt egritudines alie in quibus
febris continua peruenit ad .xl. tunc ponam
hanc horam in qua quando fit crisis egritudinum
cronicarum et in qua fit quando crisis egritudinum acuta
rum. Et secundum hunc modum dixit ypo. in libro pro
nosticorum. q2 oportet ut scias quod bonitati hanclite
in significatione sup euasionem est uirtus et
magna in omnibus egritudinibus acutis cum quibus est
febris et quarum crisis fit in .xl. diebus. Et si non fuit
contentus ut diceret acutam. et cum est possibile illud.
sed addidit ille quarum crisis fit in .xl. diebus. Si
ergo quia ex egritudinibus acutis sunt quarum
completa solo fit in .xl. ergo egritudines que nominantur
acute smone absoluto non transeunt .xiiii.
ita ut sit eis crisis. Egritudinum autem que peruenit
ad .xl. alie sunt que sunt ex egritudinibus in quibus
aduenit crisis in .xiiii. aut ante ipsum. et non est
completa. et alie sunt que ex illis egritudinibus quas
dixi ante. et parum accidunt et fit in eis crisis parua
alia tercia egritudinum. et est cum sanitate longa
cronica in die .xl. et dicam has egritudines in sequen
tibus. Hoc autem genus egritudinum quod dixi ante
nominatur egritudo acuta accidens ex recidiua
tione. Et iam ostendi in libris aliis. et apparet
in tractatu tercio libri qui est de mutatione
hanclitus quod intendo ypo. in libro pronostica
corum et dicere quod egritudines que nominantur acute
smone absoluto. et infirmitates que sunt
ex recidiuatione post eas. Cum ergo inuenis
eum in fine libri sui dicentem uniuersaliter
quod iste smo meus est in egritudinibus acutis et
que fiunt ab eis. et inuenis eum cum rememoratur
moratur alicuius egritudinis singulariter dicere
sicut illius. dicat ei cum rememoratur ydropi
sis. quod ydropisis quod ydropisis que fit ab
egritudine acuta mala est. et similiter dicat
in hiis tibi ptisim et expuentibus saniem cum
quibus prolongatur infirmitas tempore longo
sigue illud significatione manifesta q2 non decla
ratur intencio. Verum non loquitur nisi in egritudinibus
que fiunt ab accidentibus acutis. quamuis sit
cronice et longe. Secundum hanc uiam dixit etiam
quod plures existunt alie exiture. quedam sunt
que rumpuntur in die .xx. et quedam earum .lxxx
et quedam earum in .xl. et quedam earum circa .lx. Et in
uenimus eum etiam in determinatione dierum crisis
in libro pronosticorum. peruasisse ad .lx. et illud quod
fuit necessarium quoniam propterea quod non intendit reme
morari egritudinum acutarum solum sine illis que fiunt
ab eis. et non bene fecit dicere .xl. in determinatione di
erum crisis. et rememoratione eruptionis exiturarum.

Qui ergo non intelligit smonem eius in hac incap
pendere secundum ipsum frustra. et putat quod smo eius
contradicat smoni eius in libro aphorismorum ubi
dixit quod egritudinum acutarum crisis fit in .xiiii.
diebus. quoniam ipse ypo. non ostenderet in hoc smone
q2 significauit egritudines acutas accidentes ex
recidiuatione. Res autem est secundum contrarium eius quod pu
tat. Nam si ipse non sciret quod egritudines acute sunt
duarum naturarum. et quod nomen egritudinum que nominantur acu
te smone absoluto est preter nomen egritudinum
acutarum accidentium ex recidiuatione sua non
indigeret additione quam addidit. Sed sufficie
ret ei ut diceretur q2 oportet ut scias quod boni
tati hanclitus in significatione sup euasionem
est uirtus magna ualde in omnibus acutis. Ita
enim. Verum propterea quod sciuit quod iste smo non
significat nisi egritudines que nominantur acute
smone absoluto. et non uoluit ut significaret
has tantum sine illis aliis addidit in enuntiatione
sua prima que sunt cum febre. et non addidit in s
mone suo continue que sunt ex proprietate egri
tudinum que dicuntur acute smone absoluto.
~~post~~ deinde addidit post quarum crisis fit in .xl. di
ebus et hoc ergo omnibus modis determinauit ostensi
one manifesta naturam egritudinum in quibus fuit
smo eius in libro pronosticorum. Sed expositores
libri eius addiderunt sup illud quod ipse exposu
it et ostenderunt. Qui autem addidit in smone ypo.
litteram uoluit per illam declarare quod fit q2 secundum
illud est determinatum. et ille qui facit illud
est qui scripsit scripturam eius secundum hoc. q2 oportet
ut scias quod bonitati hanclitus in significatione
sup euasionem est uirtus magna ualde in omnibus
egritudinibus acutis que sunt cum febre. et quarum cri
sis fit .xl. et quidam inuenerunt scripturam
eius secundum hanc descriptionem. oportet ut scias quod
bonitati hanclitus in significatione sup eua
sionem est uirtus magna ualde in omnibus egritu
dinibus acutis que sunt cum febre. et fit earum crisis
in .xl. et fecerunt eam legere secundum dispositionem
suam. et non addiderunt in ea uice sua. sed ipsi dix
erunt quod quamuis non addatur hec littera tamen oportet
ut intelligatur ex intentione. ita ut sit smo eius
in duobus modis pars eius in egritudinibus acutis se
quas iudicauit in libro aphorismorum quod crisis earum
fit in .xiiii. diebus. et pars eius in egritudinibus aliis
cum quibus est febris. et fit crisis earum in .xl. Qui
autem putat quod ypo. non significauit per smonem
suum in libro aphorismorum quod crisis fit in .xiiii. diebus
et crisis earum fit in .xiiii. die. Sed non significa
nisi quod omnes dies crisis .xiiii. dies. et quod hic
inuenitur summa nullorum cum incipiat ex die te
rcio. et est primum dierum crisis et numerat dies crisis
usque ad .xl. est dignus uituperatione uehementi
quoniam hec est ex smone eius qui non est bonum in
mediacionem nec est bonus ut computetur aptus ad in
telligendum. Quod est q2 si sunt media sciuit an

ubi | acuta
al' accidentium
al' fuit
sui
al' parua
egritudinibus | al' sui
al' et rememoratur
eius
eis
al' egritudinibus
q
cum rememoratione fecit

p q

omnes rem. quod non est aliqua egritudinum que sunt
sunt acute perveniens ad diem .xl. ita ut sol
vatur. deinde sciunt post quod summa numeri dierum cri
sis qui pervenit ad .xl. non est .xiiii. et ex hoc mo
vetur aliquis ut dicat iterum quod ipsi non bene facia
unt computationem. Quod est quia si computant com
putationem certam secundum veritatem suam et suam certitu
dinem et inveniunt visibiliter invenerunt plures
xiiii. et in sermone ypo. et quem ante attulimus
extractum primo libri epy. in quo dixit omnes
dies crisis inveniet qui bene computat numero
dierum crisis usque ad .xl. plures .xiiii. dies. Si autem si
computentur dies crisis qui currunt secundum compu
tationem eorum. fortasse quando ipsi detegentur confi
tentur quod isti sunt soli pauciores .xiiii. et possibile
est tibi ut scias quod ipsi cum hoc non sunt preparati
ti ad intelligendum quod confitetur ex hoc quod dico.
Et est quod si ipse diceret in libro pronosticorum quod
dies .xl. est dies crisis acutarum egritudinum
et diceret in libro aphorismorum quod crisis earum fit in .xiiii.
die. forsitan possibile esset ut extimaret aliquis
quod res esset secundum quod dixerunt isti .s. quod crisis
egritudinum acutarum fit secundum quod dixerunt isti.
Quia igitur ipse in libro pronosticorum non dixit nisi
quod crisis egritudinum acutarum fit in .xl. diebus et non
dixit in libro aphorismorum quod crisis earum fit in .xiiii.
diebus tunc interpretes huius sermonis qui est unus
modus facientes interpretationes diversas suas
in duobus locis diversis est dignum ut rideatur
de eo. Qui igitur non quod isti sermones conveniant
ad invicem propterea quod ipsi dicunt quod liber aphorismorum
alterius viri est quam eius qui composuit librum
pronosticorum sunt meliores eis quamvis isti
insistunt de magna virtute res mirabiles valde
Et nos iam ostendimus ostensione sufficienti quod
ypocras non posuit terminum egritudinum que
dicuntur acute sermone absoluto nisi diem
.xiiii. et terminum egritudinum acutarum accidentium
ex recidivatione quartam diem .xl. et quamquam .lx. secundum
computationem qua fit iuvamentum in significatione
nia esse earum. ex toto oportet ut scias quod in omni
cui divisio fit ad aliquid quod comparatur ad quan
titatem .s. ad illud quod est in eo ex partibus cadit et
difficultas sequens propter diminutionem aut ad
ditionem paulatim. Oportet igitur ut videamus
divisionem propter quam non fit nobis necesse coniun
gere partes valde seiunctas ad invicem et illud
erit quando dividemus illam rem que comparatur ad
quantitatem in partes magnas et non pertransit
terminus in eam divisionem ita ut multipli
centur partes valde et pertranseant quantita
tem que convenit disciplinae et non est modus
quo sit possibile fieri divisionem meliorem eo quo in
venimus ypo. divisisse. Quod est quia dixit in
primis in egritudinibus que sunt acute valde quod
ipse pervenit ad .vii. et sermo eius ille est in li
bro aphorismorum ubi dixit quia oportet ut abentur in

ea cibo qui sit in ultimo subtilitatis. Deinde
post dixit in libro regiminis acutarum egritudinum
prohibitionem quorundam cibo omnino usque ad
.vii. et deinde post illud ponit .xiiii. statum egri
tudinum que dicuntur acute sermone absoluto.
Deinde pertransit eum usque ad .xx. deinde ipse
alia egritudinis usque ad diem .xl. et in specie
alia usque ad .lx. deinde ponit ultimum terminum
dierum crisis diem .cxx. et sunt quatuor menses.
Deinde dixit post quod quedam egritudines sol
vuntur numero mensium ex numeris in quibus fit cri
sis. hoc autem est quo fit iuvamentum in discipli
na et hoc quidem sermone accidunt questiones
et sermones in quibus oportet disputare et illarum
questionum una est quia nos quandoque videmus unam
post unam egritudinum super quas convenientia
est quod ipse sunt acute pertransire usque ad
.xiiii. et propter hoc non posuit diocles diem .xiiii.
terminum acutarum egritudinum. sed posuit ipsum
diem .xxi. terminum earum et ipse erravit in hoc quod
ipse pertransivit .xiiii. errore fedo. Et nos enim
videmus quosdam ex hominibus egrotantes acutas
quibus advenit crisis in .xvii. die et in .xx.
sicut invenimus ypo. dixisse in libro epydi.
Cum igitur ita sit et nos iam videmus egrotantes quos
dam pertransisse diem .xiiii. tunc oportet ut
speculemur quare posuit terminum earum in libro
aphorismorum diem .xiiii. et facile quidem est ut dicatur
quod hoc non est nisi raro. sed res alia accidit
multotiens. Et de consuetudine ypo. fuit ut dice
ret illud tamen quod multotiens accidere vidit et non
diceret in aliquo suorum sermonum illud quod accidit
raro. Sed hec quidem enunciatio si consideres et
eam secundum quod oportet habet intentionem longe pro
funditatis. Si est quod egritudines acute esse
que pertranseunt diem .xiiii. ad .xvii. et .xx. in ea
puniunt procul dubio et sunt quasi sepulte tecte
et moventur motu gravi et tardo. Deinde ipse post
moventur motu egritudinum acutarum ceterarum
quedam earum in .iiii. vel .vii. Deinde ipse post perveni
unt ad .xvii. aut .xx. et crisis earum non fit nisi
in .xiiii. aut ante ipsum. Quod est quia egritudo quando
incipit cum acutate ab ipso die .iiii. deinde fit
crisis eius in .xvii. tunc ipsa non pertransit .x
iiii. ab ipso principio acutatis. Hoc autem dio
cles et omnes reliqui antiqui sciverunt et
invenimus eos dicentes quod frenesis fortasse
non incipit ab ipso primo die. Si autem si incipit et
frenesis in homine in .iiii. egritudinis sue. deinde
advenit ei crisis in .xvii. die. aut incipit cum
eo in die .vii. et advenit ei crisis in die ~~.xiiii.~~ .xx.
~~aut cum eo in die .vii. et advenit ei crisis in~~
~~die .xx.~~ tunc manifestum est quod crisis non ad
venit ei nisi in die .xiiii. Et ex hac quidem via
in quantum extimo accidit diversitas magna
de acuta egritudine in die .xx. quando invene
runt in ipso duas res simul. Quod est quia multotiens

Et quando earum solvuntur in numero annorum. quod numerus in quibus fit crisis.

quod quia ipse non posuit diem .xx. eorum et non erravit in hoc

die

hoc

al. fit

al. certam

primis diebus. quando earum in .iiii.

al. erit

quarto

al. cadit

fit in eo crisis egritudinum que acuuntur post quam aliquot diebus fiunt non acute. et fortasse fit in eo crisis egritudinum acutarum in quibus ante illud fuit crisis diminuta. Egritudinum autem que ab ipso primo die incipiunt acute nullus fit crisis. in. xx. et quando solvitur in ea egritudo in qua fuit crisis diminuta in aliquo dierum crisis qui sunt ante ipsum non destruit illud quin status egritudinum acutarum sit dies. 20. Egritudines autem que ab ipso principio sui sunt sepulte in profundo corporis graves et tarde. deinde morantur sic usque ad diem. xl. deinde fiunt fortes. oportet autem ut nominentur cronice. Cadit autem ambiguitas in egritudinibus que sunt manifeste acuitatis. Sed fit in eis crisis ante ipsum. xx. non certa. et quiescunt deinde redeunt. et reducuntur ad acuitatem. deinde venit crisis earum completa. in. xl. an oportet ut dicantur acute sermone absoluto an acute accidentes ex recadivatione aut cronice. et ideo oportet nobis ut inquiramus in rebus occultis in quibus cadit dubietas iudicium certum quoniam secundum naturam non erit iudicium super ipsum. et quando est super ipsa natura simplex et singularis secundum veritatem oportet ut iudicium sit super ipsam determinatum manifestum. Et ego quidem inveni ypo. in libro aphorismorum postquam posuit diem. xiiii. terminum egritudinum acutarum dicere statim diem. xvii. et est dies indicationis propterea quod est quarta a. xiiii. et vii. ab xi. Super venit in hoc sermone ad diem. xx. quoniam ipse sit terminus secundum egritudinum acutarum. Et quod tractatus iste iam consecutus est ex longitudine quantitatem sufficientem. tunc sufficiat ipsum in hoc loco. et dicam totum quod remanet de causa dierum crisis in tractatu qui est post eum. **Incipit tertius liber de creticis.**

Ego sum narrans causas eius que dixi de esse dierum crisis causas propter quas non fit crisis in diebus omnibus cum placuit inquisitio de eis. Et necesse quidem est ei qui speculatur in hoc ut conveniat nobiscum super radices quibus invenimus sicut dixi in tractatu qui est ante istum. Iste autem radices sunt duorum generum. Unum eorum sumitur ex experimento. et aliud ex ratione. Experimentum quidem testificatur quod non fit crisis in diebus omnibus equaliter. et quod periodi septimanarum sunt fortiores periodorum. deinde post eos periodi qui sunt quarti. et qui cadunt inter istos periodos dies alii in quibus fit crisis. et quod septimane non computantur omnes secundum singularitatem. sed quedam earum secundum continuitatem. et quod periodi. iiii. etiam non computantur secundum singularitatem sed quedam eorum secundum continuitatem. et secundum quod crisis plurimum fit in egritudinibus acutis in imparibus et in cronicis in paribus. et alia ex eis que sunt similia istis ex illis in quibus diximus ante quod experimentum testificatur super certitudinem eorum. Ratione autem cum usus fui de inquisitione de causis harum rerum. Inveni quod consideratio mea non distinguitur et procedit quoniam ponuntur omnibus que fiunt due radices. Una earum est agitabilis non adherens ordini uni et ire vivi. et est elementum in qua invenitur generatio. Et radix altera est res currens secundum ordinem unum. et sunt corpora celestia. Quod est quod omnibus que apud nos sunt non advenit ordo nisi propter illa corpora. Faciam igitur nunc sequi quod advenerunt cause omnium que quesierunt de esse dierum crisis secundum has duas radices simul secundum quod invenerunt et statuit per experimentum. et secundum quod sequitur rationem. et ponam principium sermonis mei ab hoc loco. Dico igitur quod adveniunt nobis aliquid ex virtute omnium stellarum. Verumtamen fortior omnium stellarum ad ordinandum quod diximus et facere ipsum sequi viam unam rectam est sol. Quod est quia non est veris et estatis et autumpni et yemis causa nisi ipse. Sed potest aliquid aliud super illud quod ipse operatur in generatione animalium et ex eis que generantur ex partibus mundi huius vilibus et ex consequendo fructifera finem suum. et ex stimulatione animalium ad coytum ut remaneat semen eorum. Et operationes lune que sunt magne in hac subtiliori quam diximus. sed sunt minores operationibus solis. et sunt post eas in ordine. Secundo etiam mensium non fit nisi ex luna. Et eius quidem operatio est magis apparens et manifestior in animalibus que sunt in mari. Verumtamen illud quod non acquirit nisi a sole. Quod est quia non fit lumen eius novum nisi in principio separationis sue a sole. et quantitas que illuminatur ex ea semper est secundum quantitatem qua videt de ea sol. et privatur lumine toto. quando distinguitur inter eam et ipsam terra. Omnes igitur eius mutationes non sunt nisi ex quantitate longitudinis eius a sole. Quod est quia impletur lumine quando fit super diametrum ita ut opponatur. et mediatur quando fit super triplicitatem. et fit novacularis quando est super sextilitatem. et fit nova in principio cum videtur post coniunctionem. et occultatur etiam ita quod non videatur post coniunctionem. quando supponitur eam lumen solis. Que igitur magnificat fructus deinde ei magnificare fructus. et augmentare revolutiones luminis. deinde corpora aliorum et provocatione menstruorum secundum horam determinatam. non est nisi quod ipsa recepit a sole. et similiter exuberare non est nisi ex eo quod recepit a sole secundum paucitatem eius. et ipsius multitudinem. Quod est quia omnia que ipsa facit dum eius figura permanet novacularis sunt debilia. et omne quod ipsa facit quando fit bedrie est forte. videmus enim in hac hora maturare fructus et augmentare eos velocius. et putrefacere corpora mortua. et ipsum impressionem manifestam vivos qui permanent in radiis eius aut prolongant moram in eis

aliquo meteororum, ita quod color eorum convertitur ad citrinitatem, et gravantur capita eorum. Et iam ergo manifestum est quod luna indiget sole in omnibus que agit. Sol vero non indiget in maioribus operationibus suis neque luna neque aliqua reliquarum stellarum. Quod est quia non potest aliqua earum prohibere ipsum quin faciat estatem quando directe stat super capita, aut appropinquat eis; et ab hoc quin faciat venire frigus quando fit eius revolutio declivis in fine declinationis a summitate capitum nostrorum, et ab hoc quin faciat ver in equalitate temporis vernalis et autumpnalis quando declinat declinatione equali. Assimilatur autem sol regi magno et luna consuli. Quod est quoniam propterea quod est in medio inter nos et solem facta est dominans super ea que sunt super capita nostra. Et terminatum in illo est sicut auctor, et non est superfluitas eius super reliquas stellas erraticas propter hoc quod sit fortior eis, sed propter propinquitatem suam ex nobis. Et propter illud necesse est ut vincat frigus super locum nostrum quando sol pervenit ad tropicum yemalem, et necesse est ut vincat calor super ipsum quando est revolutio super centrum capitum nostrorum, aut ei appropinquat. Dies autem cuiusque mensium orto pervenit propter lunam. Et eius quidem dominium non est dominium parvum quando comparatur dominio solis, sed non est dominium eius item super ipsum non exspectamentum, sed propterea quod sol videt eam. Et fortior quidem impressionum eius est quando est oppositi soli, et quando fit bedrum, et fit impressio eius debilior quando mediatur; et debilior impressio eius est quando fit habens duas gibbositates, aut novacularis. Et illud quidem est necessarium propterea quod fortior est super mutationem eius quod iam ante fuit a dispositione sua. Est coniunctio lune cum sole donec subiugat eam lumen eius. Quod est quia videbatur ante, et fit tunc quod non videtur. Deinde post illud oppositio sua quoniam distinguit quod inter dispositiones lune contrarias. Oppositio ergo propter illud est fortior reliquis dispositionibus lune. Sed non quidem non est necesse quod diminutio additioni est contraria. Deinde post oppositionem sunt due medietates. Nam unaqueque earum dividit tempus in duas medietates. Mediatio autem prima dividit tempus augmentationis, et secunda quidem mediatio dividit tempus diminutionis. Et debilior autem secunda mutatio in aere propter lunam est quando fit in figura novaculari, aut in figura habente duas gibbositates. Et mutatio quidem que fit accidit ex luna quando fit habens duas gibbositates est debilior, quoniam non mutatur luna mutatione multa sicut mutatur quando fit novacularis. Et propter illud ergo non vituperatur artem in hoc quod vilificavit hanc figuram propter debilitatem suam, et laudo illos qui memorati sunt eius propterea quod ipsi perscrutati sunt rem quamvis pariter.

Mutationes autem que accidunt a luna quando impletur et fit bedrum habent rem propriam quam non habent quando coniunguntur soli. Quod est quia impletio lune mutat mutationem valde velocem. Ex coniunctione autem lune cum sole pervenit mutatio equalis longa. Quod est quia non apparet in ea aliquid apparitione manifesta donec videtur luna. Et sed quidem tempus scilicet tempus occultationis lune est tempus longum, et est quoniam quantitas cursus signi integri. Permutatio autem de additione ad diminutionem est velox valde. Quod est quia non est inter utrasque nisi punctum, et manifestum ergo est quod luna pertransit illud punctum in tempore quod non tollerat divisionem. Et necesse est ergo ex hoc ut sit illud quod accidit de diminutione ab impletione lune velox, et quod accidit apud coniunctionem eius et solis longum et tardum. Quod est quia hora occultationis est similiter hore principii visionis, sed hora principii eius est similis occultationi eius propter parvitatem eius quod videtur de luna, et debilitatem luminis eius, et paucitatem in qua moratur super terram. Quod autem accidit de mutatione in mense toto non distinguitur neque declaratur ostensione certa nisi in die secundo post apparitionem lune, et est prima hora in qua ostenditur luna, et moratur super terram spatio certe quantitatis, et procedit ex ea lumen sensibile, et fit in lumine eius umbra manifesta. In die autem primo non moratur luna super terram nisi usque quo occidit asaphach. In die autem primo non occidit luna nisi cum lumine solis, et fortasse non occidit ante ipsum. Sed manifesta non est prima apparitio eius nisi in die secundo, et illud quoniam est plus et quoniam est minus, et est sed secundum longitudinem eius a sole, et quantitas longitudinis eius a sole erit per motum lune proprium eius. Quod est quia non movetur semper equaliter propter diversitatem latitudinis, et propterea quod tempus occasus signorum non est equale, et cum illo item propter horam coniunctionis que fuit ante. Et non est hora in qua apparet luna apparitione manifesta hora una semper, sed secundum plurimum moratur tribus diebus apud coniunctionem, et propterea non videtur omnino. Aut videtur sed non potest super mutationem que est apud nos, aut et fit ex summa duarum horarum una, scilicet hora revolutionis lune et hora operationis eius in nobis. Quod est quia revolutio lune est .xxvii. dies et tertia. Quod est quia abscidit circulum signorum totum in hac quantitate temporis. Sed revolutionis autem visionis lune possibile est ut scias quod numerus dierum est conveniens huic numero. Si minueris ex tempore totius mensis horam occultationis lune. Abrachis autem ostendit in libro singulari quod tempus mensis non est dies .xxx. completi, sed minuitur fere medietas diei. Sed communitas quidem hominum scit quod mensis qui nominatur diminutus est .xxix. dies, et mensis qui nominatur completus est .xxx. dies. Quod est quia oportet ut sit summa

dierum duorum mensium. lxviii. dies. Si certifica
tur quod unusquisque eorum minuit ex xxx.
diebus medietatem diei. Sicut regimen anni toci
fit per solem. Similiter regimen mensium fit per lunam
et accidunt in eis mutationes septenorum. Quod
est quia ab initio visionis sue donec medietur
et cum vides eam mediatam usque quo impleatur
unumquodque duorum tempus est vii. dies. et sunt ambo
simul xiiii. dies. Et si computaveris tunc dies
qui sunt a mediatione mensis usque quo in
ventur luna iam facta medietas circuli invenies
eos vii. dies. et ab illo usque quo occulta
tur vii. dies. Similiter quidem hominum ignorat
qui accidat in aere mutatio magna apud
principium cum occultatur luna et principium
cum apparet. Et homines qui plus sciunt illos
et qui student in illo studio plurimo. et sunt illi
qui colunt terram et rectores navium in mari.
Cumque vident lunam quando apparet oppositam uni
ventorum iudicant in statione aeris secundum dis
positionem flatus illius venti. Et arantes quod
dixit in quibusdam sermonibus suis in hoc quod
videtur luna post coniunctionem sermonem cuius
rest iste. Si fuerit cornu nove lune supe
rius vehementis acuitatis. tunc oportet ut expec
tetur quod flabit septentrio. Cum vero fuerit acuatum
tunc oportet ut expectetur flatus meridiei. Et
dixit iterum in libro in quo dixit hunc sermonem
quia non unumquodque ~~ut~~ omnium signorum que viden
tur in luna signat unam et eandem rem in omnibus
diebus mensis. Sed signa que apparent in die ter
tio aut in quarto ab ipso principio mensis significant
illud quod erit usque quo fiat luna medietas cir
culi. Et signa que apparent in luna cum est me
dietas circuli significant illud quod erit usque
ad medietatem mensis. Et signa que apparent
in luna in medietate mensis significant illud quod
erit usque quo redit luna et fit medietas cir
culi in diminutione sua. Et signa que apparent
in ea quando fit in illa hora medietas circuli signifi
cant illud quod erit usque ad xxiiii. dies. Et signa que
apparent in die xxiiii. significant illud quod erit
usque quo fiat complementum xxx. dierum. Et intentio
eius in hoc sermone est quia non fuit contentus
signis que apparent in principio visionis
lune in significatione super tempus mensis
totius ab ipso initio lune usque ad finem eius.
Verum figure lune que sunt quando fit medietas
circuli et quando fit bedere faciunt mutationem
fortis mutatio velocis motus nominatur crisis
et nominem quidem quo dixi eos nominare dispositionem
que est apud cursum lune in figura nova
cilam. nominant et dispositionem que fit apud bede
dur lune et nominant eam stationem aeris. sicut
nominant illam quidem est quia albedur quod habet virtu
tem fortem. Verum fit lunam semicirculum et debilis
quam bedere et quoniam mutat aerem continentem nos.

Iam ergo manifestum est quod mensis mutatur in sep
tenis propter lunam. Verum nidum manifestum est hoc
omnibus quod relique res omnes mutant ex luna
in septenis. Scit vero omnes qui student in huius
modi rebus et consideraverunt eas conveniunt quod in reg
mine impregnationis totius postquam concipit
mulier et crescit puer post parturitionem suam.
et in initio omnis actionis non fit multo magis
nisi in periodis septenorum. Quod est quia nos inve
nimus quando consideramus hoc quod omnium que acci
dunt in nullis dierum in omnibus rebus cum non est
nisi luna. et quod plus mutationis eius quam ipsa
mutat res est quando ipsa fit in quadratura et
super diametrum. Sicut est quod mulier cum concipit
aut parit. aut est initium rerum apud cursum
lune in tauro. et multo magis accidit in illa
quando revolvitur luna in circulo signorum. tunc
fit in leone. aut in scorpione. aut in aquario
Verum cursus eius in leone secundum quartam
circuli est septimana una. Et cursus eius in
scorpione secundum diametrum est due septimane
et similiter cursus eius in aquario secundum qua
draturam. est tres septimane. Et illud erit n
propterea quod luna sicut dixi et secat circulum signorum
in xxvii. diebus et quasi tertia diei. Et cum ipsa abs
dat circulum totum in hoc numero temporis. tunc
ipsa abscindit quartam eius in vii. diebus e
cepta re parva. Et oportet ut sermones autem h
cum voluero ut rememorem illud tibi. scilicet qui
~~secat hore~~ que secat quartam circuli. non f
in vii. diebus integris. Et ego redeo ad rem
quam consideravi cum studio et experientia ve
hementi. et inveni eam veram et rectam quam non peri
rest res quam invenerunt astrologi egyptii
Et est quod luna significat super dies qualiter erit di
spositio in eis in egritudine sua. et in sanitate su
Quod est quia si applicentur quedam stelle
quales ex errantibus et sint ille que nominan
fortuna. erunt illi dies illi homini convenient
et si applicentur quedam stelle errantes
egredientes ab equalitate. erunt illi dies
homini illi dies lesionis et tristicie. Et pone ergo quod
homo nascitur et fortuna est in ariete et in
tuitum in tauro. Dico quod iste homo prolon
bio quando luna est in ariete aut in cancro
in libra. aut in capricornio. fit eius dispo
bona. Et quando est in tauro aut in uno duorum
signorum que sunt in quadraturis eius
aut in signo quod ei opponitur. tunc dispositio
eius erit dispositio mala. Et egritudines tertiane
que ei accidunt que incipiunt ex eis luna
existente in tauro aut leone aut scorpio
ne aut aquario. sunt deteriores egritudini
eius. Et ille quarum initium est dum luna est in
in ariete aut in cancro aut in libra. aut
capricornio. sunt saluiores egritudinum et digni
ores ut evadat ex eis. Iovi aut magne q

diximus fieri in septenis quando luna fit super quartam circuli signorum aut super medietatem eius. fiunt in egritudinibus que convertuntur ad evasionem bone et laudabiles. Super illud vituperavit ypocras omnem mutationem que fit egritudini ad illud quod est terminus in diebus crisis. quoniam hoc est ex accidentibus egritudinum periculosum et contrarium ei esse ex signis egrorum que convertuntur ad evasionem. Quod si aliquis querit a nobis causam propter quam fit quod quando luna est super quartam circuli signorum aut super medietatem eius et est virtus eius fortior que erat cum ipse iam pertransit et elongatur ab intentione nostra quam intendimus. Nam non est nostra intentio nunc ut enumeremus causas omnium que sunt in stellis. Verum intentio nostra est ut enumeremus illud quo indigemus in hac scientia. Et illud quo indigemus de illo est quo declaratur tibi esse nature septenorum. Et ego sum rediens in eo quod dixi et aggrediens ipsum. Dico ergo quod quando luna fit in quadratura aut super oppositionem et est initium egritudinis initium bonum mutat egritudinem mutatione bona. Et quando est principium egritudinis malum mutatione mala. Et hec eo quod est convenerunt super ipsum astronomi potes cogitare et scire illud in infirmis. Nam si tu non consideras in istis rebus et non credis eis qui iam consideraverunt eas. et iam fecerunt eas unus istorum sophistarum de quibus impletus est mundus. qui querunt a nobis ut ostendamus eis rem que manifestum est visibus. Verum non oportet ut faciant nisi contrarium eius. nam ipsi investigant ex eo quod apparet sensui super illud quod non apparet sensui. Dicemus ergo quod ex rebus fit secundum initium facture eius. erunt periodi omnes qui sunt ei convenientes ei. periodorum autem alii sunt qui fiunt in numero dierum. et alii qui fiunt in numero mensium. et periodi qui sunt in numero dierum sunt septimane. et eorum incessus est secundum incessum lune. periodorum autem qui fiunt in numero mensium incessus est secundum incessum solis. et sit secundum quod narro. Et ego sum ponens clavem sermonis mei illud quod dixit ypocras. scilicet quod egritudines estive solvuntur in yeme. et yemales in estate. Scias quod hoc est terminus egritudinum cronicarum. sicut dies .xiiii. est terminus egritudinum acutarum. Quod est quoniam tempus quod est inter casum ab ipso principio suo usque ad tercedium et est medietas revolutionis lune totius est compar tempori quod est ab yeme usque ad estatem. et tempus tercium quod est a tercedio usque ad occultationem lune est compar tempori quod est ab estate usque ad yemem. Et unumquodque horum duorum temporum quando dividitur per duas divisiones equales est divisio eius in egritudinibus acutis septimana. et est divisio eius in egritudinibus

cronicis. ortus magnarum stellarum et earum occasus quibus distinguuntur ver. estas. autumpnus et yemps. Quod est quia hore iste non dividunt numero dierum equalium. Et placet illud aliquibus astrologorum. Verum ipse non distinguuntur nisi per mutationem manifestam que fit in aere aut secundum modum aliud. Et sicut septimana est hora crisis egritudinum acutarum. similiter tempus anni hora solutionis egritudinum cronicarum. Nam egritudo que fit in yeme solvitur in vere. et egritudines que fiunt in autumpno solvuntur in yeme. Et quando dividitur unumquodque tempus anni in duas divisiones equales. tunc divisio eius est compar medietati ebdomade mensis. Et astrologi dicunt quod sicut unumquodque tempus anni est principium et status quem terminat ortus aliarum stellarum. Omnis ergo mutatio que fit in egritudine. non potest esse quin sit aut secundum initium sui eventus. aut secundum mutationem aeris continentis. et causa in mutatione egritudinum que fit secundum principium suum est luna. et causa in mutatione eius secundum mutationem aeris in anno quidem toto est sol. sed in unoquoque mensium est luna. Accidit ergo ex istis rebus ut sit fortior mutatio que est propria unicuique egritudini secundum cursum septenorum. et ingreditur illud. et permiscetur ei quoddam propter aerem continentem infirmum. Oportet ergo inde ut removeatur secundum dispositionem unam usquequo fiat in pluribus dispositionibus ita. et mutatur ei ordo huius. et adherentia eius vel vi mutatione multa. Et ex illo est pravitas porismorum febris que cogit naturam facere crisim ante horam suam sicut dicam post. Et nocumenta quidem que ingrediuntur super infirmos sunt multorum modorum. quorum quedam sunt medicorum super ipsos. Si oportet ut nominetur qui est tibi medicus et non corruptor medicine et plures eorum qui sunt in hoc nostro tempore secundum huiusmodi sunt. Et quedam nocumenta ingrediuntur super infirmum ex errore quo erravit super seipsum. et quedam eorum fiunt propter servientium. et quedam eorum fiunt propter res que accidunt extrinsecus. sicut dixi ante. Et in virtute quidem periodorum septenorum est administratio cum iste res secundum multitudinem suam absandant eos. et prohibeant ex eis ut inveniantur fortiores reliquis diebus qui sunt secundum secundum cursum periodorum. Et dies crisis qui cadunt inter dies qui currunt secundum periodos sunt in egritudinibus acutis plusquam in egritudinibus cronicis. Quoniam corpus in egritudinibus acutis est preparatum aptum mutationi ex vehementia que est in eo motus et perturbationis. In egritudinibus autem cronicis periodus septenorum adheret in eo uni ordini uni. Oportet ergo ut incipiam nunc iterum ab egritudinibus acutis. et inquitam de causis omnium dierum crisis secundum successionem. Dico ergo quod in primo die solvitur febris que nominatur febris diei. Sed non fit solutio eius

magnarum et accasu illarum est ei medium quod terminat ortus stellarum aliarum.

mutatio ab hoc ut fiat ... horis

cu pugna et perturbatione magna. et putauerit
quidam de ypo. quod dixit in determinatione dierum
crisis in tractatu primo libri epidimiarum. dierum
parium. sed errauerit in illo duobus modis erroris
Quorum est quod dixit periodum primum non diem primum
in determinatione dierum parium. Sicut cum ipse cum dixit
in determinatione dierum parium periodum primum qui
facit sequi rememorationem diei .iiii. similiter in de
terminatione dierum imparium postquam dixit periodum
primum rememoratus est diei .iii. Et ignora
uerunt quidem isti. et plus quam sit ignorantia
eorum. in hoc quod dixit ypo. in principio libri prono
sticorum cum dixit faciem similem facie mortui
et est sermo eius quod crisim huius anni non fit fa
cies ita. non propter istas causas aut excalus quod fluit
in die et nocte. et ipsi quod non scauerunt quia non signifi
cauit per crisim in hoc loco non ostensionem. Et opor
tet ut dicamus rememorationem istorum. et primum principium
dierum in quibus mutatur egritudo mutatione
ueloci cum perturbatione diem tertium ab ipso prin
cipio egritudinis sicut diximus ante. Sed non
est inter hunc diem et septimanam equitas neque
proportio. Sed est ex diebus cadentibus inter pretiosos.
Et iam ante dixi quod quando septimana diuiditur in
duas diuisiones equales cadit diuisio super
diem .iiii. Et propter illud dies .iiii. omnis ebdoma
de habet uirtutem fortem. Et crisis quidem cadit in
tertio. et .v. non minus quam cadat in .iiii. quamuis
isti duo dies iterum sint ex diebus cadentibus inter
pretiosos. Ideo sed fit illud propter aliquid non quia crisis non
fit nisi cum paroxismo febris. et testificatur super illud
experimentum. Et si quesieris illud per rationem non occulta
bitur tibi eius causa. et est quia prauitas pertur
bationis cogit naturam ut expellat rem nociuam
corpori ab eo ante horam in qua oportet. Quod
est quia nature inest uirtus que expellat omne quod
est ei contrarium. et quod refugit sicut iam ostendi in
libro nostro de uirtutibus naturalibus. Et hora quidem op
erationis huius uirtutis est hora complementi
uirtutis immutatiue et cessationis sue ab ea.
Iam enim ostendi quod uirtus expulsiua non sua effi
cit operationem. quando res omnes currunt cursu naturali
nisi quando cessat uirtus immutatiua ab operatione
sua et quiescit. Secundum ipsam quidem cogitur in quibus
dam horis expellere aliquid nociuum ante quam com
pleatur maturatio. Et similiter cum maturatio
quidem completa est. et tardatur uirtus in expellen
do superfluitatem propter debilitatem suam. Iste quidem
due res manifeste apparent nobis in sensu. et
Quod est quia nos uidemus ipsum quando fit in eo ad
quod stimulat ipsum. et inquietat eum non expecta
re horam digestionis eius quod cadit in ipso. Sed ipse ex
pellit statim cum re nociua rem qua indiget. Et
quidem uidemus eum digessisse cibum digestione completa
et ipse tardatur in expellendo superfluitatem
propter debilitatem suam. Nam cum est adherens dis
positioni sue naturali. tunc hora digestionis complete

est terminus hore expellendi superfluitatem
quam non antecedit neque postponit. Quando peruenit ad
eam. Sciam quidem oportet quod unumquodque mem
brorum sicut in se est uirtus ~~est uirtus~~ que ex
pellit res contrarias ei. Et ego dico quod hec uirtus
est que facit crisim in egritudinibus. et non
fit crisis in hora sua nisi quando humores qui
sunt in corpore iam sunt maturi. et aut crisis
ante horam suam est malum. quod est quia extra
hit a corpore cum eo quod ledit ipsum rem qua in
digetur. illud quod fit quando stimulat naturam
aliquid aut ex accidentibus que accidunt
extrinsecus aut intrinsecus. Res autem acciden
tes extrinsecus. sunt error medici super infir
mum. et error infirmi super seipsum. et error seruientium
super infirmum. et res alie que accidunt ex
trinsecus que nominantur propter hoc nomine. Res autem
que sunt intrinsecus sunt egritudines et
cause earum et paroxismi febris. Intellige quod quia
accidit nature quod homini debili quando ledit eum
qui est fortior eo. et est quia stimulatur per inchoa
tionem et defensionem ante horam in qua oportet.
Quare oportet illi qui ledit eum. et ipse non est
preparatus ad eum. Sed uincatur. aut sicut illud quod
accidit ei qui uult portare a seipso pondus
graue. et non tollerat seipsum donec cadit cum
pondere. Aut sicut accidit ei qui cogitur et
currere cursu uehementi et ueloci. deinde non tollerat
seipsum donec cadat. Omnia autem ista exempla
signant tibi egritudines malas. Et ego quidem iam
fui locutus in eis in libro crisis sermone am
plum. et prouocauit me ad dicendum iterum in
hoc loco illud quod uolui de explanatione
intentionis ypo. in sermone suo quod crisis et
fit ante horam suam. et non potest aliquis loqui
in diebus crisis et intromittere in sermone suo
in eis aliquid de sermone meo. Sed nunc oportet
ut redire faciam sermonem nostrum ad illud quod
intendimus et rememoremur cum quod appropinquat
cuius rememorari necesse est iterum. ~~que stimu~~
Dico ergo quod una rerum que stimulant naturam
et inquietant et infestant ipsam est paroxismi
febris. Ipse enim non permittit naturam quiescere
et stare sed commouet eam et stimulat ipsam. et
quia ipse .c. .s. prouocat eam ad pugnam et certamen
et propter illud fit crisis in egritudinibus acutis in temporibus
Sed uero ad causam propter quam fiunt post febris in e
gritudinibus acutis secundum plurimum tertiani. et fi
unt in egritudinibus cronicis aut omni die aut re
dit paroxismi febris in die .iiii. peruenire non est
facile. neque tu coactus es inquirere de ea in
hoc loco. Quod autem res ita sit uisus signo
tibi proponens hoc radicem. et unam rem ad quam
intendimus. Quando quoniam posuerimus rem secundum hoc quod
uidetur uisibiliter accidere paroxismus sed a principio
egritudinis in die tertio. et paroxismus tertius in die quinto.
et .iiii. in die .vii. et .v. in die nono. et omnes

in paribus. Secundum quod natura non stimulet semper
in hora que necessaria est ad faciendam crisim. Sed
stimulat eam multe cause diverse que accidunt
in hora sine hora, et quedam illarum causarum est que acci
dit multotiens in egritudinibus acutis sicut pravitas paroxismi
febris. Sicut nos iam ostendimus quod paroxismus febris
in egritudinibus acutis accidit in imparibus. Oportet
ut fiat crisis in egritudinibus acutis secundum pluri
mum, si virtus quidem ad faciendam crisim non propter dies
ipsos. Et oportet ut intelligas hoc semper. Sed non
accidit ei nisi per accidens, sicut iam ostendi in eo quod
videtur ostensione manifesta quod sit illud
accidens. Si est quod crisis non fiat nisi in horis paroxis
morum febris, et in paroxismis febris cadant impa
res, contingit quod crisis sit in eis in imparibus.
Et si esset in ipso numero dierum virtus ad faciendum
crisim, non oporteret ut fieret crisis in egritudinibus
acutis in imparibus secundum plurimum, et in paribus secundum
minus, sed oporteret ut fieret semper in ipsis,
et non fieret in aliqua horarum ~~in egritudinibus acutis et~~
~~non fieret~~ in egritudinibus acutis in paribus. Et ego non
dico quod numerus vii aut iiii sit causa crisis, sed
propterea quod luna quando rectificat et removet illud quod
est super faciem terre, contingit ut sint revo
lutiones motuum eius in istis numeris. Oportet
ut sint hore mutationis in istis numeris, et non est
mutatio accidens in eis super terram ex mutatione
numerorum sed ex luna. Sed propterea quod mutat eos est
mobilis, facit adherere tempus mutationis eius eis
necessario quod adheret numero necessario. Sicut non quod propterea quod
omnis numerus par est femina, et omnis numerus im
par est masculus, sit crisis in egritudinibus acutis
in paribus. Quod est quia non est necesse ut absolvam
quod impar est fortior pari. Nam si nos absolvimus
quod ipse sit fortior eo, erit necesse ut debilior ut
rumque sit femina, et amborum fortior sit masculus.
Neque etiam si dixerimus quod par est femina, impar
masculus, oportebit ut fiat crisis egritudinum
acutarum in numero masculo, et crisis egritudinum cro
nicarum in numero femina. Omnis autem eorum testi
ficatio in virtutibus numerorum est manifeste tur
pitudinis et feditatis. Et ego multotiens
rememoror Pitagore et miror de eo quia fuit
vir sapiens, et placuit ei ut diceret in numeris
quia consecuti sunt ex virtute sua esse vivis. Sed non est
iste locus despiciendi eum eo qui despicit. Et sum
contemptus in hoc loco quod luna mutat quod est super
